Fuit etiam humilimus, id quod ostendit ex ceremonia de prosternendi in oratione, et ut notat Oleaster in notis moralibus in Gp. 3. gi. et alii in subiectione qua eo et pacienti animo tulit divinam sententiam quin ipsam intolerabilem et excessivam iudicaret, quem admodum postea fecit ipsius Cain. ex quo etiam deducitur summa eius paciencia et ex eo quod ut docent plures doctores dexfuit ut experienciam diceret miserias et infirmitates quibus quibus per peccatum corpus humanum mansit subiectum sicque per spacium 930 annorum vite sue fuit maius exemplum paciencie, quam pacientissimus Iob.

Abuit etiam spiritum profetie non solum ad predicandum et docendum misterium incarnationis verum etiam ad alia premittenda, ut diluvium, ut docet sanctus epiphanius Maria Sariesa et autor libri cuius titulus est etatibus mundi scribens: Adam vir sanctus cunctis diebus vite sue profetia spiritu claruit

similiter a[b]uit cu[m] angelis familiares conversacio
nes, et specialiter cu[m] angelo Raziel ut docet ex
antiquissimis Hebreis monumentis Franciscus Geor
gius Venetus tono 30. armonie mundi c. 2 ex cuius con
versacio sacra rerum divinarum eliquit intelligencias. fuit
et que anima Christi descendens ad inferos salutabit
et liberabit ut ex lo. no eodem supra vidimus.
hec et

similia adduci possunt in confirmacionem opinionis Casarei
de preeminenti Santitate Ade: at nos quia ut docet angelicus
magister temerarium est de preeminencia Santorum ferre in
dicium soli Deo et cui ipse voluerit revelare reservatum
et aliunde nulli Santorum postponendi sunt apostoli pri
micias spiritus abentes ad Romanorum 8. v. 23. idem tempore prius
et ceteris abundancius ut ex glosa docet angelicus ma
gister ca. 2. q. 160. art. 4 in corpore. sed quid minore eam
aprobamus presertim respectu Santorum magis preemi
nencius Novi testamenti in quibus et excelentes gracias
ipsis colatas racione excelencie ministerii sacrorum preem
cium meritis passionis Christi et dificultates in exercicio
virtutum propter rebelionem abetitus et imbecillitatem nature
credimus maius fuisse meritum et aumentum quam in eo ho
mine tempore illo quo in statu ignocencie perseveravit in quo
nulla erat rebelio apetitus et est eciam tamen in statu ignocencie
quam in statu nature lapse, satris gracias exrementis Christi sim
pliciter infinitis conferentibus destituto.
similiter nec aprobamus

doctrinam illam de voto continentie Ade quia nudo Solidoni
sit fundo imo ipse divina benedicio adversatur scilicet crescite
et multiplicamini et replete terram. maxime si in ea erat
preceptum divinum. et eciam adversatur pietas ipsa in deum
in animo quod apponit Strabus scilicet occiso Abele nullus alius
esse, a quo propagari posset humana species, preter Cainum, qui
est falsus ut supra vidimus quia cum Cain esset irreligiosus sare
contra religionem sacerdotis in ivano in procreando alios pos
teros in quibus conservaretur religio, et verus dei cultus.
Circa est

capitis partes que est de santitate Ade dicendum est hea similiter
(penitenciam) egisse et salutem eternam fuisse consecutam
ita docet Rappa locus solum de adamo loquatur tamen sal tavo

sabbatio que abet etiam ueteris consensum et ecclesie tradi
cionem ut testatur Augustinus loco de peccatorum remissione
et refertur de penitencia distinctione 3 c. 83 sicut si homi
nes: hec sunt verba: Sicut si homines postea inter si
vendo veniat credidit per domini sanguinem ab extre
mo iudicio liberati, tales in illa vita meruerunt ad
paradisum revocari sic D. Augustinus sequitur anselmus
lo. cur deus homo c. 16

Sanctus Ireneus lo. 3 c. 39 de eva dicit:
in penam peccati sui succepisse terram et labores et gemitus,
et tristicias partus, et servitium et in regnationes dei sicut
...[illegible] sui ne maledicti adeo in toto perirent. Tertulli
anus in lo. de habitu muliebri evam abitu et animo pe
nitentem representat. et lo. 2 adversus marcionem vocat
adamum et evam restitucionis candidatos, et confessione releva
tos, quibus propterea deum non maledixisse testatur, sicut ser
penti et lo. de penitencia affirmat easdem exercitiones ali
quibus cognovit rursibus.

Sanctus epiphanius eresi 46 de eve
salute interpretatur illa apostoli verba ad timoteum 1 c. 2
c. 15: salvatur autem per filiorum generacionem si permanserit in
fide et dilectione quia proxime ibi apostolus de adamo
et eva locutus fuerat. Sed quidquid sit de mente verba
epiphanii clare constat, et ego de sancto Bitore id probat
et illo g. 130 qui inimicitias ponam inter te et mulierem
et eam semen tuum et semen illius ipsa conteret caput tuum dum
ibi ait: hic innuitur quod eva recipiens penitenciam ege
rit: nam diabolus dolens quasi dicat, iam gaudebas modo
ea eam deciperas sed frustra quia victus erit amuliere
idemque docet ex eodem textu D. Cornelius in suo loco de ligi.
c. 23 et racio evam innadet quod non est veri simile quod sancte
et penitente adamo eva peccato ad ea expulsa eva
non egerit penitenciam videns miseriis et infelicitates
quas per peccatum contraxierat. Caput aliqua de enoc et
matusala inquirimus. **CAPUT** xx 23.

Aliqua de henoc et Matusalha in quirimus.

deribit Moises c. 5. g. c. 22 sic: porro henoc vixit
65 anis, et genuit Matusalam. et ambulavit henoc

cum deo, id est sancte vixit. quoniam autem non ante gene
rationem prolis sed post dicitur Henoc ambulasse cum deo, ex
eo significari putat [illegible] hic Henoc ante
fuisse improbum sed postea per dignam penitentiam emen
dasse vitam. quod improbatur a pererio Cathaio et Salia
no. et merito cum nihil tale cuiusque significet scriptura
nec de tali et de tanto viro id sentire consentaneum est. quin
imo Caietanus ex quod bis dicitur hoc loco Henoc ambulasse
cum deo, indicari existimat eum per totam vitam et aque
ricia fuisse sanctum, et carum deo. videatur Sali. qui anno
[illegible] n. 2. 3 et 4 fusius refutat sententiam [illegible].

Insuper v. 24

scribit Moises de Henoc: ambulavit que cum deo et non appa
ruit: quia tulit eum deus. dicunt scilicet [illegible] et non per mortem
ut male sentiunt Ebrei et ut deduxit ex paraphrasi
caldaica sic dicente et non comparuit nec occidit eum
deus. et ex eo quod verbum tulit quod est apud vulgatum in
terpretem et verbum translatit quod est apud septuaginta
non significat mortem, sed subductionem, et societate et
conversatione hominum. Maxime quia ut notat
Mariana, cum mors aliorum patriarcharum per hec verba
mortuus est significetur per headem sane significata fuisset
Henoqui si mortuus fuisset, et in dicto loco id non significari
apud cristianos certissimum est ex apostolo ad ebreos undeci
mo c. 5. fide enoc translatus est ne videret mortem. ex addi
tendis amplius manebit hec veritas confirmata. quo
autem translatus fuerit henoc dominus in mata de
paraiso d. 20. q. 10 1. unica scilicet in paradisum [illegible]
qui dicitur voluptatis. quo hic exposito necessitur aga
mus, alia inquirenda sunt.

Et 20. quare Enoc translatus

sit in paradisum voluptatis discutiendum est. recto quod nimis
probabile est credimus cum Saliano anno mundi 987. n. 20 et
cum aliis super verba Moisis relata, Enocum vivum rap
tum fuisse in figuram future immortalitatis, ut ex parte
significat Tertullianus lo. de resurrectione carnis c. 58. a
gens de utriusque translatione: his verbis. credi oppor
tet hec future integritatis esse documenta etc. quo
sententia beati Thome in epistola ad ebreos incipit in [illegible]
lectione 20. ubi inter alia hec abet: data sententia mortis

Voluit dominus docere homines in ipsis vite, quod effecit in partibus utriusque status, quod genus notat saliani ut sequitur: scilicet nate legis et gratie, unde in primo stata dedit ipsis exadendine certitudinis mortis in henoc, in lege in elia, in tempore gratie in christo, sperque datur nobis status huius immortalis. Ideo habet epiphanius in anchorato verus firmam fore. Ideo irenei lib. 5. cap. 5. cum ait translationes henoci: pre monstrare translationes iustorum et quod significari in corruptelas et vivere cum socio translatus, ad expletum futurae longitudinis dierum. all.

Alia signatur causa saepe
vivens inter peccatores translatus est, scilicet ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius; voluit ergo dominus, henoc depravari ab improbis, aut ab impostoribus circumveniri. Ex quo intelligitur quod notabit Pererius in genesim lib. 7. n. 137 sive corruptelam humane nature ex adami peccato natam magnas accepisse vires. Nec tantum posteros caini sed etiam filii sethi nepotes, religionis aliqui ac pietatis cultores in impuritate vite, ac sentiam ...
que improbitate valde infectos fuisse atque depravatos

hec causa privatam spectat henoci utilitatem, que deinde publicam; et illa mundi attingat iniuriam ...mundi spectat interitum: nam ut habetur ecclesiastici 44 v. 16 henoc placuit deo et translatus est in paradiso ut det gentibus penitentiam, ideo ut predicet in fine mundi et reducat homines presertim iudeos ab adoratione diaboli et antechristi ad verum deum; ut sa. et plerique interpretantur idque docet Irenei lib. 4 cap. 30. sic scribens de henoc translatus est et conservatur usque adnunc testis iusti iudicii dei. sicut elias etiam in fine mundi dabit suis iudeis penitentiam ut dicitur ecclesiastici 48 v. 10: qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium et restituere tribus iacob. Sic que tertullianus lib. de anima cap. 50. de henoc et elias sic scribit: reservantur morituri ut antechristum sanguine suo extinguant.

In fine enim mundi venient enoc et elias ut antechristo per communes disputationes et miracula deponant, ideoque

ab Antechristo martirio afficiendi Hierosolymae, qui corpora corpora eorum mittet insepulta in plateas: sed post 3: dies et dimidium uiui et gloriosi, tota urbe spectante uera gente, ascendentes in celum ut passim docent patres ex apoca lipsis cap. 11. v. 3 et v. 7 usque ad 12. et quae communis hic fidelium sensus, et traditio. Unde sanctus Augustinus lib. 20. de civitate dei cap. 29 dicit hoc esse creberrimum in sermonibus, et cordibus fidelium.

Aliam refert Cornelius a lapide causam translationis scilicet ut suo raptu ostenderet Henoc quid Adam peccans per diderit: pari enim modo si in innocentia permansisse mus, nos aliquod tempus citra mortem translati fuisse mus in paradiso sempiterno per Adamitiam demonstravit. potest etiam ut notat alios aliam assignari causam similem illi quam de translatione Eliae adducit Chrisostomus, quia scilicet nimium exzelo dei exquisito erat peccatorum et ultor, rapuit hunc deus, ne cum hominibus peccatoribus ageret, quia ipso terat illos tolerare dixit sanctus (quod dei clementiam cum peccatoribus manifestat (inquid Chrisostomus) cum plus nimio severus peccatorum exquisitor ut Elias neque peccantes ferre valebat rapuit hunc dominus curru forte Henoc raptus est et ab hominibus abstractus quia simili celo severitatis erat in sui temporis peccatores, dum elegatione ad angelos fungebatur ut abet Ireneus lib. 4 cap. 30. id est adeos quos Moises cap. 6 g. v. 20. apelat filios dei et aquibus angeli dei dicti sunt apud Augustinum lib. 19 de civitate dei cap. 23 et apud alios viderum lib. de gigantibus qui cum in proba vitam degerent et Henoc virtutis insignis deberet que ergo illum benevolentia nota omnibus esse, condensit maiorum natu electus est in semet ut adeos delegatores obirent aflagitiis abvocaret, et astudium virtutis accenderet commoto recte hunc ineri locum interpretatus est, febardenius idque consentaneum est his, que abet Theodoretus q. 47 in genere sim.

[illegible] inquirendum est, an Henoc videat divinam essam et readem est dificulta de Elia, qui ut supra vidimus reservatur ad eadem adherendam finem predicationis contra antichristum atque raptus fuit Henoc et similiter in eodem loco scilicet in paradiso terrestri ut docet communis sententia textu illato 4 regum 2 v. 11. et ascendit Elias per turbinem in celum

Et illa 1o. Machabeor. 2o. v. 58. Elias dum zelat zelum legis recep-
tus e in celum. Sic exponens raptus e receptus e in celum idē
in aere, indeque in paradisum voluptatis traductus e, et hec
sententia patrum. Addit Irenaeus lib. 5 qui ut ipse docet apostolorum
discipulos et auditores tradidisse Enoc et Eliam in paradisum terr-
estrem translatos fuisse indeque ut adversus antichristum pre-
dicentes venturos. Et addit in annotationibus Feuardentius huic
sententie omnes fere grecos et latinos patres adstipulari; atque
ipsi parum tuto videri aliter nunc sentire. Videantur apud
ipsum.

Affirmant Enoc et Eliam frui visione beatifica Ambro-
sius Catharinus tractatu de gloria consummata praeter Salmeron
et propendet Barradius in illud Ioannis cap. 21. v. 23 sic eum
volo manere donec veniam, ubi existimant sanctum Ioannem
evangelistam non esse mortuum contra antichristum venturum
esse, et adeo martirio afficiendum et similiter Enocum
et Eliam: interim tamen omnes 3. videre deum, ideo quod fru-
i a tempore mortis et resurrexionis Christi. Atque probant mul-
tis et plausibilibus rationibus. Et in primis sanctum Ioannem
venturum esse cum Enoc quia videtur asseri Apocalypsis 10.
v. 11. oportet te iterum prophetare gentibus. Et Ioannis cap.
21. v. 23 sic eum volo manere donec veniam, nam corona mar-
tirii tam Ioanni ut ceteris apostolis debetur et promissa e Mathei
cap. 20 v. 20. 3 his verbis: calicem meum bibetis.

Deinde sanctum Io-
annem fruit in illa visione, quia ecclesia cum publice in
litaniis eque ac alios beatos colit et invocat. Necnon id
probant de sancto Enoc et Elia simul 1o. quia ecclesia
celebrat festum tanquam sanctis quas Elie in iulio 20. ut
patet ex martirologio romano: ergo ipsi fruuntur deo.
2o. quia greci erexerunt templa in honorem tam Elie
quam sancti Ioannis ut docet Baronius in martirolo-
gio iulio 20. ergo ipsi sunt beati: ipsis enim soli eri-
guntur templa.

De Enoc simul et de Elia probant 1o.
quia hi sanctissime vixerunt, ac proinde dignissimi sunt
ut deo fruantur presertim cum alii prophete et
patriarche, etiam minimus sancti quam ipsi cum qui-
bus vixerunt iam deum videant. 2o. quia sic optime
evaditur difficultas que e de [illegible] meritorum

Enoc et Elias: suspendit enim deus merita eorum ante mortem quia ipsi iam vident deum sunt quem innia ved in termino scilicet minore beatifica.

Nec valet dicere, deum eorum merita non suspendisse, quia aliter ipsi in meritis et premiis pene in immensum superarent omnes alios beatos nam per tot annorum milia ardue vivere ut, et in dies merita sua adaugerent idque usque ad diem iudicii, quod est falsum: pro certo enim est apud teologos cunctosque fideles beatissimam Virginem gracie et glorie prestancia longissime omnes sanctos et celestes spiritus esse superiores quin probabile admodum est magnum Christi precursores iuanes baptistam et beatissimos apostolos maioribus fuisse preditos meritis, quam fuerunt sit Enoc et Elias, quia sicut maior est gracia novi testamenti, quam veteris, ita credibile est esse, et principes novi testamenti patriarchis et profetis, aliis quam patribus veteris testamenti gracie abundancia, et prestancia esse superiores.

Verum hec senta nova et paradoxa videntur ut docet Cornelius a lapide solidoque caret fundo 1o. quia vix ullus veterum patrum hec asserit nam nazianzenus quem citat Sanctius hec non asserit sed dubitat hec enim sunt eius verba: licet Enoc in translatus sit hic, non tamen constat utrum iam comprenderit dei naturam an sit adhuc comprenensurus. que abentur in 2a. oracione de theologia, 2o. quia ut sapienter adicto thoma dictum est 3a parte q 2 arto 3. de his que supra naturam sunt nec sine magno divino omnipote miraculo esse possunt, non est quid quam affirmandum sine quod per divinam revelacionem nobis ignotuit scilicet aut quia traditum est in divina scriptura aut ex ea facile colligi potest aut certa ecclesie tradicione constat aut patrum et theologorum doctrina mititur: atqui ut bene notat Pererius nil eorum suppetit ad probandum Enocum et Elias videre dei essenciam: quin imo videtur isti opinioni multis in locis divina scriptura contradicere ut infra videbimus: ergo ea non potest sine temeritate asseri.

3o. quia si Enoc et Elias vident deum: ergo sunt beati: ergo sunt comprensores et non viatores

quod est falsum quia adhuc sunt meriti et martirio
laureandi. 4 quia paradoxum est Enoch et Eliam a vi
felicitate glorie celestis et visionis dei reddidit ad sum
passiones et mortis universas, et multo magis absur
dum quas veritatem [illegible] suspendi, quis enim beatorum
quas e celo reddi ad labores veritatem et mortem [illegible] quis
unquam ex comprehensore factus est viator [illegible]

Nec habet dicendo
ipsos non perdituros visiones beatificas quas de facto possi
dent secundo redibunt contra ante christum simul futuros
viatores et comprehensores quia solus christus fuit simul viator
et comprehensor. hoc enim privilegium soli christo dant theo
logi quia solus omnium hominum simul fuit homo et
deus et caput omnium electorum tam [illegible] quam militantis
quam triumphantis ecclesie, et quia auctor gratie et glo
rie omnibus hominibus futurus est

5o. quia nec Moisi neque
illo nec ulli alteri viro eximie sanctitatis concessum est ut
ante mortem videret deum: imo dominus Moisi roganti
ut ipse ostenderet faciem suam respondit exodi cap 33 v 20: non poteris
videre faciem meam: non enim videbit me homo et vivet. Et apud
ioannem cap 1o evangelii v. 18 et epistola 1a cap 4 v 12 habetur: deum
nemo vidit unquam et dominus noster apud ioannem cap 6.
v 46. dixit: non quia patrem vidit quisquam nisi his qui est
a deo ~~vidit~~ hic vidit patrem. et Paulus 1a ad timotheum 6. v 16 de
deo loquens ait: lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus
hominum vidit, sed nec videre potest. Et ita docent plures exps.
dionysius areopagita in
de celesti hierarchia cap 4 et in
lo de mistica theologia cap 1 irenaeus lo 4 cap 37 circa medium
Origines homilia 1a in esaiam gregorius Nazianzenus
in oratione 6. de theologia et in tractatu de fide non longe a fine
hieronymus lo 3o contra pelagianos sub finem et super caput
6m isaie Cyrillus lo 1 commentariorum in ioannem cap [illegible] gre
gorius lo 18 Moralium cap 6. chrisostomus homilia 14 in
ioannem quin ipse Augustinus tractatu 3o in evangelium
ioannis explicans illa verba: deum nemo vidit unquam.
expressissimis verbis affirmat deum non esse visum a Moise, idque
ex ipsius scripture verbis argumentatur theophylactus in cap
1 ioannis beatus quoque thomas 1a 2e q. 98. arto 3 ad 2m.

loquendo de moise ait: ergo videbat ipsam dei essentiam et ita non immediate a deo instruebatur. quod ergo dicitur quod loquebatur ei faciem ad faciem. iuxta opiniones populi loquitur scriptura qui putabat moisem ore ad os loqui cum deo cum per subiectam creaturam idem per angelum et nubem ei loqueretur et appareret. vel per visionem faciei intelligitur quedam eminens contemplatio et familiaris iuxta essentie divine visionem.

Ergo plerique pp et quam plurimi theologi negant deum visum esse a moise et paulo, quod tamen subindicare videtur scriptura et a magnis dd. existimatur et probatur ut sunt basilius homilia 1a. in exameron ambrosius lo 1o in exameron cap. 2o. augustinus lo 12 super genesim ad literam cap. 27 et epistola 120a. cap. 12. Beda Anselmus et hugo victorinus in cap. 12 2e epistole ad corinthios quibus ibi accedunt: nicolaus liranus, et alii. Nec non idem quoque sentit divus sanctus thomas 1a. parte q. 12 ar.o 11. in responsione ad 2m. et 2a. 2e. questione 164. ar.o 4. et q. 179. ar.o 3o. quamvis minime id sentire licet de henoc, et ellia de quibus nil tale usquam scriptura significat. 9

Confirmatur quia quid quidem sit an moise, et paulus per breve tempus et permodum actionis transeuntis viderint visione beatificam ex dispensatione legis ordinarie in hac mortali vita piene, alioquin dicit venerabilis augustinus et thome in locis cum utraque parte signa adducit de quo suo loco: existimum est nullum unquam hominem in hac mortali vita actualiter et permanenter abinde visione essentie divine ut docet angelicus magister q. 20a. de veritate ar.o 2o. in solo christo fuit visio beatifica in hac mortali vita et actualiter et permanenter et etiam, ut dictum est, et docet sanctus thomas in tertia disputatione 10 questione 3a. ar.o 3o. in argumento sed contra esse viatores et comprehensores simul solus christus propius est. Ergo similiter fundum adhaerendum moise previdet quorum sententiam fuisse in patria visione esse divine. similiter et elliam: aliter fuissent melioris conditionis quam fuit beatissima virgo maria cui solum conceditur ab aliquibus videndi deum salazar de conceptione cap. 32 ar.o 3o. et quod vidit reperitum lo 1o de veritate dei questione 14 col. 2. per brevissimum tempus visione divinam eiam.

Insuper quia est incredibile henoc et elliam meliori esse conditione et feliciori statum vite

quia fuit Adam in paradiso terrestri ante peccatum, fuit cui quererat nisi peccasset ut notat pererius: sed Adam ergo neque heus de facto videns Enoch et elias in paradiso

ut argum. supra in contrarium adducti respondeamus. Restat nunc ad 1m. dicendus e cum Cornelio alapide Ioannes post illa verba apocalipsis cap. 10. relata, iterum prophetare gentibus ut constat ex cap. heiusdem apocalipsis 12. 13, et 14. et sequentibus usque adfinem apocalipsis non autem prophetavit eo gentibus, in fine mundi. illud vero Ioannis cap. 21. sic heus volo manere, hunc Senensis facit. si heus volo manere uti alij codices legunt: loquitur ergo enim Xpus non asertive sed condiciohnate idque ad reluindendam furiosam petri interogationem: domine hic autem quid e. Ioannes enim evangelista non esse mortuus e inprobabile, et repugnat tamen (?) doctoris plurimis abaronio citatis, qui heus mortuus aserunt quam ecclesie, que Santi Ioannis quasi mortui et in celo cum Xpo iam regnantis festum colit heusque invocat. Porro calicem passionis bibit Santus Ioannes tunc allias cum eo tempore quo in dolium olei fermentis missus e. Unde ipse apostolus vocatur et abecclesia colitur et revera e martir.

Ad allius argumentum dicendus e abecclesia celebrari festus Santi Ioannis Evangeliste, quia heius anima fruitur deo non in paradiso, sed in empireo celo nam ut dictus manet mortuus fuit et celebrari festus Elie non beati, sed rapti: illo enim die tantus recolitur memoria raptus heius quia raptus iste fuit admirabiles et celebratione dignus similiter Elie templa erexerunt greci hoc e deo in honore Elie: soli enim deo in honore Santorum erigunt templa, quia etsi non dus beatus sit tames in gratia confirmatus certo beandus e ut ex dei revelatione et oraculo constat.

Ad 3as. rationes de Enoc et Elia facilis e solutio quia ordo adeo institutus postulat ut ipsi non videant deum, cum non dus sint mortui: allij vero pro fede mortui sunt ideoque vident deum et iure fuerint tam eximie santitatis. quare congruum e ut Enoc et Elias media viam agunt inter homines terrenos et inter beatos in celo, pacatam scilicet et iucundam non tames beatam. porro vero santitati et meritis rependitur non bivio sed aliud magnum quid scilicet quod illi soli ex prophetis destinati sint quasi fortissimi pugiles xpi contra

ante xpum heresque consultaturi, ideoque ab eo martirio laure andi.

Ad allias rones de suspensione meritorum dicimus hear in tolere dificultatem, quia adversari solum admitunt Enocum et elias a tempore resurexionis xpi desposse, nunc visione essencie divine et merito quia antea non expediebat cum ceterorum patriarcharum anime in limbo detente non dum essent talem visionem asecute; sicque Enoc per tria pone annorum milia que a berius rapsu usque ad xpum interfluxerunt quibus Henoc non vidit divinas essencias, et respectu huius tan longi temporis militat dificultas; an merita Enoc fuerint suspensa nec ne et e hec de suo vacio dubitandi ressiciunque si reparato de ns videret utrumque contendimus.

Sed queret it hic aliquis quid de tali ane dificultates dicendum sit affirmat Biegas apocalipsis 11. Enocum et elias esse in statu merendi quia sunt vere viatores cumque prohibenter visione esencie divine nulla e racio ad aserendum prohibati facultate merendi quas abent alli viatores esto racione meritis et gloria sint superaturi santos omnes excepta beata virgine. Negant vero dispensum Pererius et Suares nec non plures recenciores si que videtur probabilius sequa alioquin tot anorum militibus innumerat omni carent merita neque inter heos et allios santos ulla eset comparacio aut proporcio in gracia et gloria. 2o quia per rapsum translati sunt in alius statu etiuitam. Unde rapsu videtur heis huise instar mortis ac conten suspendisse heorum merita donec redeant ad nos tempore antixpi: tunc enim rursum merebuntur sicque nunc sunt quasi in statu medio viatorum et beatorum scilicet in statu quietis et consolacionis; et sicut nec laborant in paciuntur sic nec merentur: plurimum autem merebuntur redeuntes et contra ante xpum pugnantes.

Allia que hic sese ferct resolvenda dificultate comodo elie et noc vita et salus conservetur. sanc[?] epifanius heresi 64. si bo ultimo titulo docet heos agere vitam quandam spiritualem et non animalem indigentes cibo et potu: hec sunt verba: (ipse vero henoc silicet.) cum corpore translatus non vidit mortem in corpore enim inventus e spiritualiter collatus, et non animaliter propter translacionem, et quidem in corpore existens spiritualiter sed et de elias simi liter quod assumptus in curru igneo et e adnenim carne. carne autem spirituali et non opem abente ut per corbos nutriatur nec sit cum de mundo fuit et de torrente chora rivat et potem bibllas induat. Ides que testatur S. Ieronim

adparamnaquius beros fixes albiri: Enoc translatus e in carne illa, carnem raptus e in celum: nec dum mortui et paradisi iam coloni abent quoque membra cum quibus rapti sunt atque tam lati. quod nos imitamur ieiunio illi possident dei consorcio, be cuntur celesti pane et saturantur omni verbo dei eundem abentes dominum quem et cibus. At S. Augustinus de hac re dubitat lo. 2 de peccatorum meritis et remissione cap 30 ait quod eos vel sine cibo vivere vel certe vivere sicut Adam vixit in paradiso scilicet esu ligni vite; ideo que nec morbo nec senectute deficere quod e valde probabile, iuxta ~~hanc que~~ traditionem hanc in vita de paradiso scilicet tunc adhuc extare et ideo lignum vite illud que virtutes abere natalem a morbo et senio preservativam

Gaudes inquirendo e de profesia et scriptis Enoc et 2r. ipsum fuisse prophetas indubitatus reddit apostolus Iudas in sua epistola cap 14 sic scribens: prophetavit et de his septimus ab Adam, Enoc dicens, ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes, ubi septimus ab Adam dicitur Enoc ad distinctionem alterius Enoc qui fuit filius Cain et 3. ab Adam, hanc vero prophesiam, sine scripto ullo dimissam ~~dein~~ inde revelare potuisse satis constat quem admodum dicta factaque Ade Noe revelata fuerunt aut etiam potuerunt tota traditione retineri? de hac enim fuisse traditione docet Tertullianus lo. de abitu Mulieris cap 30: recordentur e inquit pronepotem ipsius Enoc fuisse superstitem cataclysmo Noe qui utique domestico nomine et ereditaria traditione audierat, et de proavi sui penes deum gratiam et de omnibus predicatis eius cum Enoc filio suo Matusale, nil aliud mandaverit quam ut notitiam heredibus posteris suis traderit. hec Tertullianus

Dicendum tamen admodum certum videri Enocum profesiam suam scriptis tradidisse quia id plurimi gravissimi que patres et DD. afirmant in quibus Origines homilia 28 in numeros 28 et infine libri 4. de principiis atque lo. 9o. contra Celsum insuper Tertullianus lo. 3 de abitu Mulierum ubi solus indicat probabile fuisse traditione de profesia Enoc ut diximus sed etiam de ea fuisse libros testatur et multis alliis in locis. Sanctus Hieronimus in lo de ecclesiasticis scriptoribus et super caput epistole ad Titum et S. Augustinus lo. ~~2~~ 19 de civitate dei cap. 23 et lo. 18 cap 38. qui docent dictum librum ipsum fuisse in canone apud

ebreos et asignat augustinus rationem quia in eo scripta ob tanti antiquitatem suspecte fidei iudicata sunt, nec utrum hec essent que ille scripsisset poterat invenire. t

Tertu-lianus alias dat rationes quare non haberetur ut canonica dicta prophesia, quia scilicet Enoc fuit ante diluvium et sic heius scripta non potuerunt post diluvium permanere; ipse tamen addit hanc rationem non fieri incredibile librum Enoci ad posteros post diluvium salvum pervenire potuisse nam vel Noe in arca ipsum conservabit, vel diluvio abolitum deinde spiritu santo illustratus redintegrabit; quemadmodum sacra volumina, que caldaico Ierusalem excidio et incendio perierant postea per Esdram restaurata sunt. Atque ita censet tertulianus non esse respuendam dicti libri autem

Apponam hic verba tertuliani que sic habent. scio scripturam Enoc que hunc ordinem angelis dedit non recipi aquibusdam quia neque ~~arma~~ rium Iudaicum admittitur. opinor non putaverunt illam ante cataclismum editam post eum casum orbis omnium rerum abolitorem salvam esse potuisse. si ista ratio est recordentur pronepotem ipsius Enoc fuisse superstitem Chataclismi Noe que supra retulimus. Et postea addit hoc sic tamen expedite haberet illud quoque accessiones illius scripture tueretur; proinde potuit abolefactam eam violentia Chataclismi inspiritu rursus reformare quemadmodum et Ierosolimis babylonica expugnatione deletis omne instrumentum Iudaice literature per Esdram constat restauratum.

Nec ~~[illegible]~~ librum enoc memorant santus origines et tertulianus, sed plura hec argumenta et libelos ut de idolatria de cultu feminarum de mulieribus alii, ex quibus apertum est habere hiis ac depravatos inspersoque erroribus ut docet Naderus in eodem alexandrino et alii, atramenti [illegible] 87. n. 26. verum maxime, qui est de demonibus mulierum corporibus ex male intelectis Moisis verbis quos errores amplectitur et tuetur tertulianus lo. de abitu mulierum ex quo sumit alia s. Ciprianus lo. de disciplina et abitu virginum inquest [illegible] impingit. carpes lactancius lo 20. divina [illegible] institutionum cap. 14. nec abeo liber alterum Ireneus lo 4 cap 30. ut ubi hebardon [illegible] non negat. Santus Iustinus martir in apologia 2a pro christianis et Cleme. alexandrinus lo. 3o atque stromatum afirmat quoque

Iosephus lo. 2 antiquitatum cap. 3 . . . . . .

Dicis ex Michaele . . . . . .
na lib. 6. de recta . . . fide cap. 24 gelasius papa distinctione 15. que incipit sancta romana eclesia, subtiliter et diligenter omnes libros apocrifos recenset atque reicit et nullus de libro Enoc facta fuit ergo nullus fuit talis liber. . . . non oportet credere omnes libros apocriphos qui illo tempore extabant, aut notos fuisse gelasio aut ab eo in illa censura copre[h]ensos.

An tempore apostolorum extare . . . Enoc quaerit . . . et respondet . . . tempore inde apostoli nullus fuisse Enoc librum . . . fuisset aut dubie fuisset valde nobilis . . . quod iudeos . . . propter auctores antiquitates et famam tunc quod . . . res admodum memorabiles et admirabiles contineret . . . propter aliquas huius libri mensiones reperiremus apud Filonem aut Iosephum diligentissimos atque curiosissimos antiquitatum iudaicarum scriptores, sed . . . mi . . . . . . ias . . . apostolis ereticos varios libros sub eorum nominibus partim de rebus veris partim de falsis et fabulosis confictos ab ipsis ebulgare: . . . occasione ex istoria Michaelis . . . diabolo et . . . Enoc comenorata ab . . . apostolo libros de rebus huiusmodi quasi antiquitus scriptos publicare hec pereris.

At Claudius . . . super locum iudae et notat. tertullianum . . . observande . . . dixit librum Enoc profecte ab ipso noe in arca servatus esse et ad tempora usque apostolorum perbenisse libros autem post apostolorum per orbem propagacionem ocultasse et flammis traditos quod se . . . esset ad . . . testimonium de . . . vero . . . . . . iudeos commendando hoc testimonio. . . . nulli dubius esse debet . . . et dicta et facta nostra iudicaturum fecisse.

Pergit Moises et cap. 5 ait quod Mathusala filius Enoc genuit Lamech et cap. 28 ait quod Lamech genuit Noe sic cum Enoc fuerit atabus Noe constat fuisse omnis nostrum . . . patet ex quibus refert Cornel. . . . quod cum . . . 64 Enoc celebs . . . nec cum ulla femina matrimonium . . . contraere poterit, cum omnes ex illo descendant sint que huius . . . et in linea recta . . .

et decendencium eciam in gradibus infinitis ad invicem distant iure nate e irritum matrimonium ascendentes decentibus copulari debent uti docet communior sententia ad. quos refert Sanchez tomo 2o. de matrimonio l. 7. d. 52. licet ipse cum aliis contrarium doceat.

Tandem c. 5. v. 27 sic scribit Moises: Et facti sunt omnes dies Matusalala nongenti sexaginta nove anni et mortuus est. et v. 5. et factum est omne tempus quod vixit Adam anni 930. et mortuus est quibus non obstantibus dicendum est Adamum seniorem quam Matusalam ut ex antiquis docet Pererius tomo 1 in genesim pagina 424 et 603 pagina 766 Corneli. a lapide hic et Salianus ano Mundi 930. n. 2 quia licet Matusala pluribus annis vixerit quam Adam silicet 29. tamen adam creatus adeo fuit in etate perfecta quia de facto tres fruitur ano vite sue trigesimo. Tunc vero quo vita erat longior et conse... eciam etates hominum ano vite sexagesimo unde in ea mundi etate multos invenitur qui non post sexagesimum annum generasse memoretur. nam qui citissime generarunt ut notat Pererius 65. anorum erant si igitur adam creatus est in etate in etate 60. anorum et post hanc vixit nongentos et triginta anos ad hanc senectutis et ultime etatis duracionem supputandam huius vite addendi sunt sexaginta ani quibus matusala cum natus fuerit infans crevit et ... ... et staturam in qua creatus est adam et conter hanc initi... et censeri debet nongentorum nonaginta anorum unde adam fuit matusala senior triginti et uno anis. Matusala vero anocior adamo triginta novem. Et si verum est quod docet Gracianus scotus in cronico qui a seneci... genebrardus in cronico lo. 1o. et Fevar dencia in Sancto ireneum super caput trigesimum libri 5. n. 7. silicet evam decem anis marito super vixisse similiter eva dicenda est senior matusala. D. 2a. de diluvio et de antecedentibus et consequentibus ad expositionem capitis 6 et 7. et 8. g. pertinentibus

D. P. T. I. V. O. 2a.

De diluvio et antecedentibus et de consequentibus ad ipsum ad expositionem capitis 6. 7. et 8. genesis pertinentibus

CAPUT L.

De causa Diluvii et aliis vers.

Causa illati diluvii docet Moises fuisse hominum intollerabilem maliciam: Videns autem deus quod multa malicia hominum esset in terra et cuncta cogitacio cordis intenta esset ad malum omni tempore penituit eum quod hominem fecisset in terra et tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo inquid hominem quem creavi a facie terre ab homine usque ad animancia a reptili usque ad volucres celi. penitet enim me fecisse eos genesis 6 a. 9. et a. 3. Dixit que deus non permanebit spiritus meus in homine internus hoc est anima et vita hominis a me inspirata quia caro est id est quia carnalis et serviens carni sua culpa procreatus est ut exponunt Chrisostomus et ambrosius. Erat enim tunc tanta effrenata hominum libido ut berosus se anianus referat, quod: [illegible] homines et [illegible] abortus et in adulteria [illegible] rabant. Commiscebantur matribus filiabus sororibus masculis et brutis nil sceleris erat quod non admitterent contemptores religionis et deorum.

Et moises servis explicat hoc divinum annis incipiens a notacione temporis cap. 6 in hunc modum. cumque cepissent homines multiplicari super terram. hoc est circa 1000 ab Adamo generaliter scilicet sub tempore Enoc ut docent Chrisostomus et Teodoretus. ideoque ut notat Abulensis ne malicia mutaret intellectum Enoc transtulit eum dominus separans ut ad [illegible] Sapiencie 4. et filias procreassent. Iam enim ab inicio homines filias procreabant ex quibus ad multiplicaciones uxores ducebant. dicit tamen Moises hic et filias procreassent ut prefide notat [illegible] quia nulla magna multiplicacione hominum precipue [illegible] multiplicabantur femine ut longe plures tunc quam antea generarentur. et addit [illegible] hoc [illegible] quia [illegible] erat [illegible] ē eo accidit quod propter illorum hominum intemperanciam veneris et cibi potusque et propter luxum aliaque ad que corporis et animi vicia [illegible] veementer debilitata facultate generatrice que in nimio vigore que [illegible] virilis labefactata crebrior [illegible]

feminarum generatio extiterit: quas dum multitudines simul ac pulcritudine mulierum illectos homines eiusdem etatis consulto: duxisse uxores et repudiatis prioribus alias atque alias pro sua libidine duxisse quod longo tempore apud posteros Seth. inusitatum erat. adeo hic ... duplex argumentum Moises enim supra cap. 4. de solo Lamech ... bens hunc duas abuisse uxores non obscure indicabit tum ... eo incepisse esse poligamiam. deinde legimus Noe. cum una tantum uxore et filiorum eius singulos cum singulis uxoribus ingressos esse in arcam hec perverimus.

itaque Moises addit

: Videntes filii dei filias hominum quod essent pulcre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. et exurgit hic admodum perplexa difficultas qui sunt filii dei et que filie hominum. due sunt huius textus principales interpretationes, sed ante tum in alias dividuntur prima interpretatio est per filios dei significasse Moisem angelos. sed hec iterum dividitur, quidam ut videre est apud ... de ecclesia ante legem lib. 4. cap. 4 pagina 44. interpretantur bonos angelos hoc est angelos ante peccatum et dum erant viatores qui pulcritudine mulierum allecti degeneraverint cum illis comixti propter quod celo deiecti fuerunt: itaque admittunt angelos esse corporeos quod plurimorum sententia fuit. ita Iosephus lib. 1. antiquitatum cap. 4. philo lib. de gigantibus Iustinus apologia 2. Sanctus Clemens lib. 3. Stromatum et Tertulianus lib. de abitu mulierum qui docet demones tunc primo docuisse mulieres confi... cere stibium brachialia aliosque fucos. item Lactantius lib. 2 cap. 14. nec mirum id eos sensisse nam et hoc seculo Caietanus sensit probabile esse angelos habere sua corpora.

Et racio huius est quia plures codices legunt angelos dei. deinde quia nomen filiorum dei 10. datum fuit angelis Scripturis Iob 38. v. 7. cum me laudarent astra matutina et iubilarent omnes filii dei ubi caldea habet et iubilabant omnes turme angelorum. et confirmari videtur ex eo quod in daniele cap. 3. v. 92 dicitur: species quarti similis filio dei. idest angelo: nam mox ex exponenda subdit rex Nabuchodonosor benedictus deus eorum qui misit angelum suum et eruit servos suos

Et certe peculiari quadam ratione angelis potius quam hominibus convenit nomen filiorum dei qui illi prius adoptionem filiorum receperunt.

Alii putant fuisse demones secundum naturam filios dei nec est adeo creatos quem in propriis suis corporibus cum feminis congressi sunt quinque esse suaque natura et corpore generarint instar hominum ut fecerunt platonici et franciscus georgius tomo 2 o problemate 64. multi denique arbitrati sunt fuisse quidem demones sed non in propriis corporibus quippe qui opinione istorum sunt incorporei verum per corpora ab eis assumpta commisceri cum feminis et per semen in proprium et naturale ipsis sed externo assumptum et muliebri utero infusum generare filios et huiusmodi demones appellant sibi incubos et succubos ita tenent Burgensis et franciscus Valesius sacre philosophie cap. 8.

Altera sane eius principalis huius loci interpretatio est per filios dei significatos esse non angelos sed homines tantum. verum hec in quatuor scinditur. quidam per filios dei intelligi debere putant homines corporis proceritate ac robore ceteris longe insigniores ut sensit oleaster ad eum modum quo scriptura solet appelare montes dei et cedros dei ad significandam magnitudinem eorum et altitudinem. Alii per filios dei intelligunt filios hominum potentium et magnatum qui sunt populorum iudices presides ac principes ita ebrei et Symmacus qui vertit filios potentium, paraphrasis caldaica que legit filios magnatum Pagninus qui reddit filios principum: in ebreo enim est vox Elohim, que iudices presides et principes significat.

Hanc expositionem plurimum probat Eugubinus existimans hos filios dei patrum potencia et auctoritate conspicuos sui inanssum religionis adeo ut opinerent inopes eorumque filias inhonoreas servitutes retraherent sive ut ait Tostatus in cap. 6 q. 4 nobiles nuptos antequam viris suis attingerentur adulterio polluebant: idque confirmatur ex eo loco ubi dicitur terra repleta iniquitate nam ebreum Chamas violenciam et oppressionem significat, ut notavit Eugubinus. Preterea cum deus teste damasceno providendo et videndo sit dictus hinc reges et potentes quorum est aliis providere vocantur dij.

Unde illud dei ad Moisen: constituit te deum pharaonis et similia alibi inscripta ita Morina 48

Sed illa per quam celebris et magnorum scriptorum veterum et recentiorum autoritate valde nobilitata est interpretatio; quos vocat Moses filios dei fuisse posteros Seth, et quas filias hominum ex Caini stirpe progeneratas: nam preter Theodoretum q. 47. et Cassianum collatione 8. cap. 21 qui hec vere ex professo disputant. Ita sentit S. Chrysostomus homilia 22. in genesim qui et serio aliam exponere impugnat, sicut et sanctus Augustinus lib. 15 de civitate dei cap. 23 et S. Cyrillus lib. 3. in g. et lib. 9. contra Iulianum Rupertus lib. 4. cap. 22. Abulensis q. 99. in g. cap. 6. et Procopius gazeus Suidas in vocabulo Seth Cronicon alexandrinum et ibidem Vadensis lib. 4. Sixtus Senensis in sua bibliotheca lib. 5. anotatione 77. S. Th. 1 parte q. 51. art. 3. ad 6. sequitur sanctum Augustinum Pererius in g. lib. 8. Nicolaus Liranus abulensis q. 4. Gebardenius in Genesim lib. 4. cap. 30. n. 5. Castro Emanuel Sa et Vatablus

Cur autem posteri Seth appelarentur filii dei alie redduntur probabiles et congruentes rationes. Vel enim sic appelati sunt, quod in hoc vere competerent que predicte interpretationes tradunt nimirum posteri Seth aut omnes aut plerique erant corpore procero robusto et formoso erant que ipsi potentes et magnates, atque principes. Vel nominati sunt filii dei quod filii essent Seth et Enos cum utrique pietate et sanctitate prestantissimi fuisse accepimus, et ab omnibus sui temporis dei appelatione nuncupati. Suidas certe in vocabulo Seth confirmat Seth esse appelatum deum: tum propter excellentes hoc iustitiam pietatem ac sanctitatem: tum propter uberiores literarum et scientie rerum celestium. Enos autem primus mortalium singulari quadam ratione cepit invocare nomen domini et extremis verbis cap. 4. dixit Moises. et tunc filie ornatum dei. Auctor est etiam Cyrillus lib. 9. adversus Iulianum et dat rationem nam eo nomine summa virtute prebitus erat merito Cendabatur et vocabulo dei ab omnibus qui tunc erant onoratus est: nominatus est enim deus omni iustitia et virtutis existens studiosus.

Qui sunt proprium suffragium divinus xpus iohannis 10 v 35: illos dixit deos ad quos sermo dei factus est qui sunt prophete qui vocati sunt ut ait vetus luce v 70. et actorum 3 v. 21. de quibus etiam

illud Psalmi 81. v. 1: Deus stetit in sinagoga deorum in medio autem deos diiudicat, et v. 6: ego dixi: dij estis et filij excelsi omnes. et electa cretensis in oracione 35 declarat dii appellati homines qui in humano more ambularunt. ad quod eciam notat Boldunus d: spectare videtur quod magi et ariolj responderunt regi Nabucodonosori danielis 20 v. 11. sermo quem tu quaeris rex, gravis est nec reperietur quisquam qui indicet illud in conspectu regis exceptis diis quorum non est cum hominibus conversacio

Vel tandem sic nominati sunt ob sanctitatem, iusticiam, temperanciam, aliasque virtutes, per quas dei imago in eis quasi in filiis resplendebat. quemadmodum exponunt chrisostomus Teodoretus, Cyrillus et hilarius in psalmum trigesimum secundum, et alii fundati in aliquibus scripture testimoniis in quibus viri sancti et iusti filii dei nominantur ut deuteronomii 14. v. 1: filii estote domini dei vestri. Matei 5 v. 45 ut simus filii patris vestri qui in celis est. Ioanis 10 v. 12. dedit heis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine heius.

Secundo Boldunus lo. 10. eclesie ante legem opus opinatur illos filios dei olim nuncupatos fuisse, qui exemplares vite santimoniam profitebantur vibe sanctissimo sethi vibe eciam abrogatissimo caim carnalem ducerent originem, qui ut ait d. petrus actorum 4. 10. v. 34 non est personarum acceptor deus sed in omni gente qui timet deum et operatur iustitiam acceptus est ille. supponit hic Boldunus quod expresse docet Ioanes Caramuel tomo 1. theologie regularis lo. 2. d. 10. et non regulariter loquendo omnes cainiades ut docet apostolus Iudas in sua epistola canonica v. 12. 14. et 19. fuerint in epulis suis macule convivantes sine timore semetipsos pascentes nubes sine aqua que a ventis circumferuntur arbores autumnales infructuose bis mortue eradicate fluctus feri maris despumantes suas confusiones quibus procela tenebrarum servata in eternum. non esse creditu dignum nullum extitisse pium iustum et santum proavisse ad exemplum et ferventissimam predicacionem Enoqui et aliorum hominum iustorum.

Insuper supponit eciam Boldunus. quod eciam loco citato docet Caramuel omnes setiades non fuisse iustos et pios; unde concludit Caramuel, unde dicendum credo non fuisse divisionem qua genus humanum in filios dei, et filios hominum ut illa quo in setiades et cainiades distribuebatur siquidem non omnes sethiades filios dei fuisse satis est credibile.

Ex his omnibus interpretationibus vera est quae ut communissima inter pp. et dd. veterimus scilicet per filios dei intelligendos esse posteros Seth et per filias hominum ex caino decendentes nec fas est eo nimis pp. et dd. interpretationi contrariari. at quia nomen filiorum dei credimus esse nomen religionis et santitatis hoc est significare filios dei adoptivos per graciam degisti patres supra relatos et fundati scripturi testimonis ibi adductis, et quia alivnde sit valde probabile non omnes setiades usque ad hanc filiorum dei et filiarum hominum stirpes comixtionem ut reponit Boldueus, et docet Caro mueti fuisse iustos, et santos sicut et aliquos cainiades ante predictam comixtionem fuise ad veram penitenciam et vite santitatem conversos iustorum predicacione et exemplo relictis pp. et fatribus dicendum est regulando interpretacionem predictam per ultimam interpretacionem per filios dei intelligi communiter ex ambobus posteros Seth et per filias hominum posteras Caini quia regulariter loquendo setiades erant iusti et santi, et cainiades multi et religionis contentores licet nomen filiorum dei nomen eset religionis, eoque nuncupandi fuerint viri iusti et pij, sive a Seth, sive ab ipso Caino decenderint.

Confir. huius nostre interpretationis veritas refutacione interpretationum que ipsi contrariantur, et inprimis refutantur illi qui supponunt angelos esse corporeos 1o. quia hee interpretationes ex ignorancione angelice nate, et angeli vocabulo non intelecto atque a poerifo Enochi lo. propohete iam pridem ab ecclesia catolica proscripta sunt, et inter eruciis apochilacinis b[...]iensi numerate et refutantur a santo Augustino pluribus in locis videatur lo. 15. de civitate cap. 23 et cap. centesimo 8. et q. 3. in genesim. Impugnantur a Chrisostomo homilia 22. in genesim ubi dictas opiniones vocat fabulas omnia inconsiderate loquencium, et blasfemas voces hominum adversum cap. sua blaterancium. Santus Cirilus lo. 30 in genesim in principio vocat falsam pravissimorum hominum opinionem neanque accurate et erudite refelit et rursus contra iulianum apostatam eadem sencientem in lo. 9. inicio, et hanc sequitur Anastasius episcopus Nicenus epistola q. 24. abetur tomo primo bibliotheca patrum, et cronicon alexandrinum. Teodoretus circa q. 47. quidam nimis stupidi et stolidi existimarunt hos angelos esse putantes sue scilicet intemperancie patrocinium de abituros si angelos eiusdem criminis reos tenerent.

2o. quia deus immisit diluvium ad puniendam incontinenciam filiorum dei ut constat ex narratione Moises.: pp. per filios dei

n͂ sicut fingunt angeli, quia hij diluvio n͂ perierunt sed ho
mines neque peccata demonum sed hominum diluvio vindica
sunt; et certe si peccatum conjugii illatum demonum fuiset
dum saxat, et mulierum, inde mone sare et mulieres, et
n͂ in viros divina exarcuisse ira; que tamen totum genus huma
num diluvio perdidit. Nec verum esset quod narrat Moises, li
licet quod. omnis caro corruperat viam suam, et alia que
sideri possunt in textu. Nec deus dixiset, n͂ permanebit spiritus
meus in homine in eternum quia caro est, sed in angelo et mu
liere. hec Dr. ex Theodoreto loco supra citato.

3o quia tanti angeli
ut docent auctores ae opinionis propter intemperan
tias libidinis de celo lapsi essent: sane primum angelorum
peccatum fuisset peccatum luxurie: sed hoc est falsum; ergo et. Minor
probatur quia si angeli commisissent peccatum luxurie id profecto
non ante mille annos ab orbe condito [illegible] commissum
esset. tantum enim fere temporis effluxit ab exordio mundi
ad id usque tempori quo filios dei mixtos ese cum filiabus
hominum tradit Moses: sed peccata angelorum longe antiqui
ora fuerunt: ergo et.

Minor Dr. quia peccata angelorum commissa
fuerunt statim in ipso mundi exordio ut ex verbis Xpi Domini apud
Ioannis cap. 8. v. 44. abeunte palam est: ibi enim dominus de dia
bolo dixit: ille omicida erat ab initio et et in veritate n͂
stetit et Similiter Sapientie cap. 2. v. 24. invidia autem diaboli
mors intravit in orbem terrarum, sed mors intravit statim ut
peccavit Adam testante Paulo ad romanos 5. cum inquit per
unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per pec
catum mors: ergo multo ante peccatum luxurie [illegible] pec
catum alia reperiuntur in scriptura angelorum peccata scili
cet invidie, mendacii, et omicidie

Quin illud inconfesso est quod
omnes fere PP. et theologos primum angeli peccatum fuisse superbiam
[illegible]. Ecclesiastici 10. dicitur: esse initium omnis peccati super
biam. Dr. enim omnium peccatorum fuit peccatum Luciferi
hoc autem fuit superbia ut inferunt Dr. ex illis Isaie
verbis cap. 14. quomodo cecidisti de celo Lucifer qui mane ori
ebaris &. corruisti in terram qui vulnerabas gentes &. qui
dicebas in corde tuo in celum conscendam super astra dei
exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in la

lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium similis ero altissimo 4º quia angelos esse incorporeos convincitur ex scriptura: ergo predicte opiniones falso nituntur fundamento. Ex eo quod legimus Luce 8. v. 30. scilicet intra unum hominem quem a demonibus Dominus liberavit fuisse legionem demonum hoc est sex millia demonum est autem prorsus incredibile si demones essent corporei intra unius corporis humani angustias tantum numerum demonum quod certam est contineri potuisse.

Preterea quia scriptura frequenter vocat angelos simpliciter spiritus ut Matei 8. eiiciebat spiritus verbo et cap. 10. dedit illis potestatem spirituum immundorum ut eicerent eos, et cap. 12. cum immundus spiritus exierit ab homine. Et paulo infra assumit alios septem spiritus nequiores se, et ad hebreos 1. sunt administratorii spiritus. Nec si haberent corpus materiale quantum et extensum vocari possent simpliciter spiritus, ut patet in homine qui quia corpus includit licet spiritum etiam includat simpliciter non potest dici spiritus.

Et insuper non recte ex hoc loco Ioannis 4. spiritus est Deus, inferrent theologi Deum esse omnino spiritualem: Ubi nec ex hoc Matei 27. clamans voce magna emisit spiritum, nec ex illo ecclesiastici 12. revertatur pulvis in terram unde erat et spiritus redeat ad Deum qui fecit illum, nec ex illo Ioannis 19. in manus tuas commendo spiritum meum, et inclinato capite tradidit spiritum: animam humanam esse simpliciter spiritualem quod falsum est nec recte id inferrent theologi. Itaque quando nomen spiritus tribuitur in scriptura rei intelligenti significat rem incorpoream, licet aliquando ut ex adiunctis deducitur significet ventum, ignem, vel aerem, que sunt creature corporee ut psalmo 147. flabit spiritus eius et fluent aque, Exodi 15 flabit spiritus tuus et operuit eos mare et Actorum 2o. factus est sonus tanquam advenientis spiritus vehementis.

Conf. ex PP. Atanasio Nazianzeno Nysseno Basilio Chrisostomo Cyrillo et aliis videndis apud Vasq. d. 172. cap. 3. inter quos hec sententia communis est sed maxime Conf. ex Dyonisio de celesti hierarchia cap. 2 20. et 4. cui in materia de angelis ceteris pp. semper defertur eo quod profiteatur se hec que de celesti illa hierarchia scripsit a Sancto Paulo suo magistro accepisse. Nec non Conf. etiam ex concilio Lateranensi cap. firmiter de summa trinitate

sic definiente: Firmiter credimus et simpliciter confitemur
quod unus ē solus verus Deus, unum universorum principium
creator omnium invisibilium, et visibilium spiritualium et cor-
poralium qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio
temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritualem et
corporalem, angelicam videlicet et mundanam, et deinde
humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitu-
tam. An autem propterea de fide sit angelos n̄ esse corporeos
contra Toletanum communius asserunt DD. sed alij negant quia
inquiunt Concilium ibidem ex professo et directe definire
n̄ intendit sed Deum esse creatorem omnium dum taxat. sic
que S. Th. qui obiit 49. annis post celebratum Lateranense
putat assertores corporeitatis angelicæ temerarios tantum
et n̄ ereticos esse censendos.

Et tandem confir. ex eo quod animæ rationales
n̄ sunt magis spirituales quam sint angeli, sed illæ, ut con-
stat ex concilio 6. constantinopolitano actione 11. sunt enti-
tates incorporeæ; ait enim concilium verbum divinum assumsisse
carnem et animam rationalem, eamque incorpoream et ex Late-
ranensi sub Leone 10. ses. 8. in quo animæ definiunt esse spiritus
propie dicti: ergo et angeli, qui multo sunt præstantiores
anima rationali tales admittendi sunt, maxime cum in conci-
lio generali Niceno 2. actione 2. animæ rationales, et angeli ponan-
tur in eodem ordine. Alia rationes apud Pererium to. 8. in
genesim, et apud alios autores videri poterunt, quas
ut minus efficaces omittimus.

Dices 10. multi antiqui patres do-
cuerunt angelos esse corporeos contra aliquos supra retuli-
mus in prima opinione et alij videri possunt apud Medi-
nam q. 50. artlo 2. Et hæc sententia videtur esse confirmata
in concilio Niceno 2o. actione 5a. ubi approbatur doctrina Joan-
nis Tessalonicensis episcopi qui dixerat angelos, qui corpo-
re constarent ~~sic~~ pingi posse. Ro. cum communi dicendum
concilium quidem approbasse angelos pingi posse sed hoc præ-
scindendo a ratione ipsius quia congregatum erat concilium
n̄ ad tractandum de natura angelorum; sed ad picturæ et cultum ico-
num. Circa patres dicitur verum ē aliquos ex ipsis palam
tueri angelos esse corporeos benigne tamen sic interpretari
possunt ut dicatur 10. ipsos interdum loqui n̄ quidem ex
propria sed platonis quæ tunc vigebat sententia.

2o. ipsos loqui n. de angelis secundum se sed de apparentibus. 3o. loqui de angelis similiter absolute, sed comparatione facta cum deo, cuius simplicitate summe excedunt: similiter enim fieri ait gregorius homilia 37. humana iustitia divine comparata iniustitia e. item vita temporalis eterne vite comparata mors e potius dicenda quam vita. damascenus vero 2o. de fide c. 3 omne creatum e crassum et materiale comparatum ad deum

4 Sicut per corpus sua intelexerint, iuxta illud augustini epistola 28: incorporeas quoque esse animas et si difficile tardioribus persuaderi potest mihi tamen fateor esse persuasum sed nec verbi contro versiam uel superfluo faciam, uel merito patiar cum de re constat n. e opus certare de nomine, si corpus e omnis substantia uel essentia, uel si quod aliquo modo e in se ipso corpus e anima: item si eas solas incorporeas placet appelare naturas que summe incommutabiles et ubique tote, corpus e anima cum ipsa tali quid ipsa n. e

Dices 2o. plura dantur scripture testimonia in quibus tribuuntur angelis operaciones proprie rerum corporearum. 1o. regum 16. c. 23: igitur quandocumque spiritus domini malus arripiebat saul david tollebat citaram et percuciebat manu sua et refocilabatur saul et levius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. Tobie 6. c. 8 fumus heius c. necne cordis piscis ? explicat omne genus demoniorum sive a viro sive a muliere ita ut ultra n. accedat ad eos. et c. 19 ipsa autem nocte incenso iecore piscis fugatus demonium que indicare videntur demones predictos esse sensibus suis percipiunt sonum et odorem. et eodem 5o. c. dicitur raphael loqui ambulare etc. et gen 18. g. dicitur quod hospicio recepti fuerunt et comederunt angeli; et innumera alibi plurima de ipsis angelis

Ro. imprimis angelis in scriptura sepe tribui operaciones corporeas quia illas exercent, uel videntur exercere in corporibus assumptis, et contra ipsos n. fuisse proprie locutos, nec proprie comedisse sed apparenter tantum. ad illud quod habetur 1o. regum dicendum e saulis citare consentiri n. fugari directe demonem sed saltem deliniri et humores eius nimium sedari. ac proinde demones vexacione minus idoneos reddi et ideo tunc temporis demones recedere a saule, n. quod fuisse ofenderetur musica

sed quod Egre fere dulci illo concentu meliorem temperiem
inducente sibi impediri medium vexationis, scilicet perturbationem
humorum circa;

Circa id quod refertur, ex libro tobie cum tenerio intra
dorsum fumus iecoris illius piscis habuerit veram efficacitatem
ad expellendos demones serarius cap. 8. qu. 2a. et 3a. existimat abuisse
veram efficacitatem partim natalem et partim supernaturalem
Arcaqar in caput 8. notacione 2a. dicit inesse illi fumo vir
aliquam nativam expellendi demones sed virtus natalis que in
dicto fumo esse potuit solum i ut docet Cornelii a lapide et di
dacii de celada super dictum [illegible] tobie [illegible] mediata, et indirecte
impediendo scilicet demonis actionem per dispositionem contrariam;
demon enim agit per natales causas et humores maxime
melancholicos que ergo humores hosce tollunt, vel minuunt demo
nis actionem et vexationem infringunt: ergo cum demon Asmodeus
prius illos septem maritos infestaret quia libidinis estu percipi
ti iudicio et maritali affectu accederent ad nobam molestantur potuit
suffitum piscis cor hepar fere dispones inducere que sic tempe
raret Tobiae libidinem cum venusta puella vestitate ut libidini fa
bis minus studeret; ad quod satis iuvare poterat, et licet Sara
nunquam demonem subierit similem effectum in hea valuit operari
nam etsi eximia utriusque modestia et temperantia divine gra
tie debeat ascribi, ad servandam continentiam, [illegible] pares iuvat cor
poris moderata temperies.

Addit eusebius et iustinianus apud Ce
ladam loco citato Asmodeum sub humana forma dum novos maritos
infestabat sare apparuisse, illis amica [illegible] blandiendo: vide
erunt: ergo natales illius fumi qualitates, necessarium frigus ad quo
admentandam, et addensandam illam corporalem speciem sic effica
citer disparare ut [illegible] consisteret spectrum. ecce qualiter huius
modi suffumigium [illegible] iuvare potuit ad fugandum
demonem. cetera autem Vasseli ascribenda sunt; nempe de
monem inde expulisse et in egipti deserto sic religasse ne ultra
valeret Saram herumque novos coniugem deinceps infestare quod
ipse tobias Vasseli ascribit cap. 12. v. 3. aiens: et demonium ab ea
ipse compescuit. videatur Celada. insuper esse potuit vis moralis
ex fumo [illegible] aliena dei, ex qua offenderetur mali
angeli, et sic fugaretur: ob hanc enim mortis significatio
nes delectantur vel offenduntur angeli mali vel corporeis
ut docet augustinus. lo. 21. de civitate dei cap. 6.

Laudes esse potuit visitr. spernalis sicca quas hinc dela
veh ut ageret in demone sicut clebati infernalis ignis adijus
et animas cruciandum. Sicque non sequitur angelos esse corpo
reos.

Q. continetur filios dei non esse angelos quia si C quod falsi
ssimum angeli corpus aberent saltem illud esset omnino diversum
ab humano aereum scilicet vel igneum, et humanis oculis
in aspectabile et aliis corporeis sensibus imperceptibile neque an
geli non possent carnis nostre delitiis affici, et delectari, neque ex
secundo corporibus ita subtilibus huiusmodi delicias percipere possent
filie hominum, neque filios generare ut adversarii admittunt

Confir insuper nostra sententia quia concesso quod falsissimum est si
licet demones esse corporeos et abere vim generandi quia cum
generare aliquid ex mulieres non tamen possent hominem et
racio est manifesta quia cum duo diverse speciei interse coe
unt ad generationem, ex utriusque commixtione quod generatur
specie ab utroque diversum est ex equa enim et asina generatur mulus
idem que cernitur in aliis, que sic generantur, nam filius non potest esse
eiusdem speciei cum parentibus cum hij differant specie nec alte
rius parentum quia non est racio ut sit idem specie cum uno et
non cum altero: neque cogit racio filosofi scribentis filium debere
esse debere ab utroque speciei sed ita tamen ut cum utroque aliquam
abeat convenienciam sicut in mulo manifestum, cum autem de
mon genere diversus a muliere commode quod ex demone et mu
liere congressu generatur potest esse homo idest simplicis omnino mu
lieri diversus autem omnino a demone, unde tenet cum deberet
contra femine ut similior esset vir. uita demoni quam mulieri
siquidem demon aberet vim activam generationis femina vero
passivam: et cum nata prolis ex femina est sic prima precipue
activo principio accepta fertur. facile ad confir huius nostre
dente, quod scribit Plinius lib. 6. cap. 20. autore laudans durim
agno proditum, quedam indorum cum feris quoire mis
tisque et semiferos esse partus

Videatur Dereri. his confir
racionibus addo. Porro quandam actiniorimo dominum
homilia 22. in genesim ex illo xpi Mathei 22. v. 30. in resur
rexione enim neque nubent neque nubentur sed erunt
sicut angeli dei neque enim possibile est ait Chrisostomus in
corporea natura tales unquam concupiscencias aberer

Et addit alias voces dicens: Si sancti et spiritus sancti re quieti sunt neque visione angelorum videre potuerunt, eo in ten bir desideriorum terrena animas spiraset con pacta angeli presencia in substancia suo jacob enim videri post in coopo ralis substancia separatim aberat, quin et anima velut vita iacebat. quis enim valde insanus comprobavet tamen verba dementia plena quod incorporea et spiritualis natura corporis complexus fieret

Voces ec opinionis habent inquas dividitur prima principalis interpretacio nec dissimiliter verbantur nam quo codice legentes angelos dei corporis sunt ut Franciscus Georgii docet tomo 3o tracta de angelis sup. e dubio 4 ve in loco e n. 29, ad illum quae angeli in scriptura filii dei pre sertim in locis abad berrans sed dubitis docet Chrisostomus an gelos nunquam appelatos filios dei cum paulus ad ebreos eos scribat: cui angelorum dixit aliquando filius meus es tu. sed quia pauly in desilacione adobcionis sed de natali et sustali locuti e nihil sabet Chrisostomo, neque placere potest Chrisostomi eorum patrum non servet donorem auspicionis de angelis qui illis convenit ut docet S.T. 3 parte q. 23 quia illi in adobcione filiorum receperunt, et propter alias rationes ibi videnda dicendum quod licet nomen filiorum dei angelis conveniat: tamen in loco Moisis per filios dei non possunt intelligi angeli dictes explicancie iam relatas

Sequitur confirmatio nostre sente cum refutacione opinionis burgensis et aliis aserencium filios dei fuisse demo nes qui incorporibus armatis comixti fuerint cum filiabus homi num et perseveret ab illis unint concurise ad generacionem filiorum. Refutatur 1. quod filii dei illecti fuerint pulcritudine ut acciperent uxores ex filiabus hominum ut constat ex illis verbis videntes filii dei filias hominum quod essent pul cre acceperunt sibi uxores: ergo non fuerunt angeli incorpo ribus armatis qui enim non possunt allici pulcritudine ad rem veneream cum appetitu carcant sensitivo et eorum tactus adquem pertinent delectaciones veneree. Sed dices

Sed dices S. Aug ustinus lo. 15. de civitate dei c. 23. scribit, creberrima fama est multi se expertos vel ab his, qui experti essent de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant silvanos, et faunos

quos vulgo incubos vocant, improbos sepe extitise mulieribus et earum apetise, ac peregise concubitum, et quosdam demones quos ducios gali nuncupant hanc adsidue inmunditiam et tentare et eficere plures taliaque acceberant ut hoc negare impudentie videatur. ergo demones incorporibus assumptis delicijs veneris aficiuntur.

Rno. demones gaudere predictis actibus eosque procurare non tamen propter veneream delectacionem, quam, omnis, pecuniam sperant hec enim nulla ese potest in puris spiritibus, sed propter homines perniciem inde derivatam qua vehementer gaudent norunt enim natas hominis proxisimam esse voluptatem, et hanc ese illecebram cuiuslibet turpitudinis, et improbitatis adque omnis malorum escam. experti preterea sunt viros quamtalis prudencia probitate, et gravitate preditos, blandicijs voluntatum delinitos semper numero ese corruptos et ad magna tractos flagicia. meminerunt eciam fortisimum omnis mortalium sansonem sapientisimum Salomonem, et santisimum David voluptatis dulcedine inescatos impurisimis flagicis, et gravisimis calamitatibus contaminatos et afectos ese.

2. quia fundum ergo fundus quod ex textu decorum virgenis infirmisimum e ait enim quos oserim t. latina translacio vocat gigantes, eos moises vocabula ebrico apelavit nephilim quod latine sonat cadentes denotans eo vocabulo demones propter peccatum de celo lapsos. de eorum principe lucifero dixit isaias cap. 14. comodo cecidisti decelo lucifer? et dominus lucas cap. 10. videbam satanam sicut fulgur decelo cadentem. infirmisimum inquam fundum quia qui nominantur nephilim in principio fili dei de gigantibus et filis dei procreatis nec valet dicere quod fili nominati sunt cadentes, etiam parentum nam ut docent ebrei, gigantes dicuntur cadentes, quia alios homines coram se cadere facerent impios violenter irruentes suaque potestati subicerent, et non propter eos angelorum. infringitur eciam hec opinio aliquibus rationibus, quas precedentes, quas hic ebrei repetitas, et illis videndas apud pereriam.

Sancte confirmatur tra senta ex impugnacione ergo ex impugnacione opinionis vel eius aserentis per filios dei intelligi viros procere magnitudinis ad modum que formosos et ex impugnacione opinionis ebreorum aserencium per filios dei significari homines nobiliores

nilicat illis principii studium quia hic Deus loquebatur
paucorum puniret totum genus humanum quod e falsum
2o. quia ut constat ex cap. 6. genesis v. 9. 12. et 12. Deus
delebit genus humanum quia vidit terram esse corruptam
et omnem carnem corrupisse viam suam.

2o. ro. licet Deus aliquando
exacerbata potentia et principiis plurimos de populo
interfecerit tamen non videtur credibile attenta infinita
dei erga homines misericordia et clementia ut prop
ter incontinentiam aliquorum et alia ex tali incontinen
tia derivata flagitia terribilem et universalem diluvii
punitionem immiserit nocentes pariter et innocentes omni
viventes simul et impios delendo. alias certe aliis
temporibus simile diluvium immissum fuisset. quae enim
fuere tempora (ait Torniel. anno mundi 987. n. 12.) aut
qui populi, quae gens adeo sancta in qua non aliquo modo
viri sint imbecilliores affectionis capiunt.

Quantum ad filios
hominum dicendum e contra ad ea quae diximus de fi-
liis dei quibus ipse contraponuntur intelligi filias condem-
natas hominum damnatorum per homines enim inveni-
tra intelliguntur qui terrenis sunt pauci 10. ad corinthios
Ep. 3 c. 3. non ne sic homines ambulatis, et ep. 20. c. 2 animalis
homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Et sanctus apostolus
G. Judas in sua epistola v. 19 illos vocat sanctimaeti
spiritum non habentes, Et similiter per filios hominis in
telliguntur qui vero mundani sunt dediti, sicut et ap-
paret constat ex psalmo 4 c. 3. filii hominum usquequo
gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et quaeritis menda-
cium. Cum autem qui terrena sapiebant, et spiritu-
alibus erant ab initio adversi sicut ut in plurimum Caimite
communiter dd. per filios hominis intelligunt ex caim descen-
dentes, sicut qui erant filii dei per adoptionem hi erant
ut in plurimum posteri Seth ipsos filios dei intelligunt co-
muniter dd. posteros Seth.

Quaeret hic aliquis utrum
praedicta causa diluvii nempe hominum malicia ita
fuerit hominibus communis ut praeter eos qui salvi facti
fuerunt in arca omnes essent carnales et scelerati? Ro. affir-
mative cum pererio lib. 9. in genesim n. 63. et dr. canatore

moises inqua generaliter ab eo cuncta cogitacione hominis cordis intenta fuit ad malum omni tempore et quod omnis caro corruperat viam suam et hanc unam causam reddit moises cur uniuersum genus humanum deus voluerit delere diluvio, quod omnes nequissimi et sceleratissimi erant generalis vero huiusmodi sententias scripture aliquibus excepcionibus restringere et quo artare non licet nisi cum huiusmodi excepciones, ex aliis scripture locis elici possunt aut cum racio docet oportere talibus excepcionibus, quod sine illis, generales scripture sententias hominum generaliter acciperentur, aliquid manifeste falsum vel absurdum consequeretur.

Deinde si alii fuissent homines iusti, illi quoque similiter invenissent graciam coram domino ut invenit noe &c. et servati fuissent a diluvio. hanc enim ipsum reddit causam cur deus cunctos omnes homines perdiderit noe autem servaverit quod iste esset iustus. sic vero iustus et vero consentaneum enim est quod abram dixit deo g. 18. nequaquam hoc tuum domine qui iudicas omnem terram ut occidas iustum cum impio fiatque iustus sicut impius. denique hoc eciam firmatur auctoritate beati augustini qui in libro 15 de civitate dei cap. 24 scribit singulari consilio et providencia dei factum esse ut quo tempore diluvium venit, eo tempore nemo superesset preter noe cuius huius qui que non esset dignus diluvii occasione puniri: nec iustum inquit augustinus credidi sic factum esse diluvium, ut in viventibus in terra qui non erant digni tali morte defungi quam impios iudicatum est.

ipso tamen asercio dicentium quod doceat omnes illos adultos qui adveniente diluvio, iam alii vero arbitrio fugebantur, et dediti et flagiciis erant iudiciti non solum temporali sed eterna morte perisse et non solum aquis diluvii verum et flammis inferni esse demersos nam preter infantes qui sacro illius temporis a peccato originali mundati erant aliqui adulti adveniente ingruente diluvio orribili horum aspectu commotos esse ad penitenciam et propter penitenciam ab illis vite acta illam calamitatem et flagiciis suis debitam incipientes et equo animo ferentes eterne mortis dampnacionem effugerint ut docet lyranus libro 4 cap. 26 his verbis: credendum enim est aliquos diluvio perisse cum hec de periculo mortis peccata delerent sit iustitiam

scriptū ē. enim vindicabit deus vis indignorum ple
rosque antea ex eis ut a te impios ab illo tempore diluvij
ad diluvio ad eternum incendium transire.

videtur significare apostolus Petrus epistola 1. cap. 3 v. 20. 3.° 20. quia id clari
us insalvum ... quia non dicatur reos sub extremo
tempore verumtamen iuxta illud psalmi 78. v. 34. cum
occideret eos querebant eum et revertebantur, non dicere
... fuisse semper incredulos quo ante mortem desierint
esse tales: nam post mortem ubi ceciderit lignum ibi erit
et contra ad penitentiam conversi fuerunt. deinde quia
... qui erant aliquando increduli ut clare deducitur
ex textu descendente anima Christi ad inferos erant in
in sinu patrum ipsis qui predicabat: quo cum veram pe
nitentiam decesserunt aliter erant in inferno. Et iuxta
hanc intelligentiam clarissimum ē textus aliquin obscurissi
mus eoque modo acomplurimis doctissimis viris expli
catur ut sunt Lyranus Caietanus Sa et Serarius omnes su
per dictum apostoli locum. Nec non Bellarminus tomo 1. lib. 4.
de Christo cap. 13. Suarez tomo 2. in tertiam partem disp. 43. s. 3a. Or
quirez ... ultimo cap. 29. ... in epistola pon
tificum cap. 12. et Cornelius in anno mundi 1447. ...

2.° quia licet illi essent increduli ad predicationem Noe di
luvium comminantis tamen verumtamen illud ignorari coherenter
verisimilius ē credere etiam viderent ... vitam suam
ante quam submergerentur penituisse ut ... animas eas
quemadmodum evenire solet in naufragio in quo nam fere omnes
etiam obstinati peccatores compunguntur et penitent maxime cum
dei ideo sensim per spatium quadraginta dierum et non brevi
uno tempore immisit diluvium inundationem ut docet Chriso
stomus homilia 25. in genesim ut homines demum peccatis
penituerent. hec sunt verba iam quod 40. dieb. et 40. noc
tibus inundavit diluvium, et illud signum bonitatis maxim
genij ē. Volebat enim propter magnam misericordiam etiam
aliquos ex eis castigatos generalem sane internecionem
effugere cum ante oculos viderent proximos suos perire
et imminere sibi commune interitum. verisimile enim ē 10
die unam aliquam pariter diluvio perisse, et 20. die
acrevisse aliquid diluvij: et similiter die 30. et 40. et reliquis

adque ita in 40a dies et 40a noctes produxit ut omne detentionis pretextum adimeret, nam si voluisset [illegible] potuisset omnia summo momento perdere diluvio, sed propria misericordia tanta dierum productione usus est.

3o. quia hoc cor sanctus adque misericors audiens sonitus maris ac fluctuum arcae latera undique pulsancium et denciores imbrium super tectum et super [illegible] arcae partes continenter erumpentium ventorum constanciam fragores, et in [illegible] horrenda sonitu et considerans [illegible] quae hominibus incredulis contingebat intimis sensibus ad misericordiam commotus ut docet Salian anno mundi 1656. n. 29. et cum suis ad preces conversus divinum numen lacrimarum imbre perdius implorabat, et corpore pereuntibus animarum salutem impetrare omni animi contencione conabatur. nec irritae fuerunt preces: multum enim valet assiduo iusti deprecatio. Iacobi 5. v. 16: sicque multi qui ad illa diem increduli fuerant cum fabricaretur arcam, tunc demum percucientes pectora sua reos se fatebantur, plangebant preterita crimina, et necessitate immutate conversa suorum omnium vitae propriae iacturam in mortem [illegible] satisfaciones offerebant, et suspicientes in caelum dicebant: iustus es domine, et rectum iudicium tuum.

Sed quaeret aliquis an fuerint plures illi qui diluvio obruti aeterna morte perierint an qui penitenciam agentes eam effugerint. Sanctus Hieronymus existimare videtur multo plures fuisse innocentes aut fere omnes eos qui mortem aeternam effugerunt penitenciam agentes quia exponens verba illa: non permanebit spiritus meus in hominibus istis in aeternum quia carnes sunt ut habent Septuaginta inquit: in hebreo scriptum est: non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternum quoniam caro sunt hoc est quia fragilis est in homine conditio, non eos ad aeternos servabo cruciatus, sed hic illis restituam quod meruerunt: quod non severitatem ut in nostris codicibus legitur sed clemenciam Dei sonat dum peccator hic pro suo scelere visitatur. hec ibi.

Et in 1o. Caput prophetae Naum super illa verba; quid cogitatis contra dominum hoc modo scribit: si nobis videtur crudelis, rigidus et cruentus quod in diluvio genus delevit humanum, super Sodomam et

Gomorram igne et sulfure perdidit, Aegyptios demersit, [illegible]
tibus Israelitarum cadavera prostravit ~~in~~ in eremo. Si de-
hem ideo in praesens reddidisse supplicia, ne in aeternum puni-
ret, certe aut vera sunt quae prophetae loquuntur aut fal-
sa: si vera sunt quae de celeritate legis videntur dicere, ipsi
dixerunt non iudicabit Dominus in idipsum in tribulatione;
si autem falsa sunt, et falsum est hoc quod dicitur non con-
surget duplex tribulatio. Falsa ergo et crudelitas, quae in
scriptura est, quod si verum est ut negarunt non potuerunt dicere
propheta non iudicabit Dominus bis. Ergo qui puniti sunt
postea non punientur: sicut et illi postea punientur scriptura
mentitur quod dicere nefas est. Respondetur ergo, et qui in diluvio
perierunt, et Sodomitae, Aegyptii et Israelitae in solitudine
mala sua [illegible] sua ~~et~~

Credibilius tamen est maximam illorum
partem cum caeteris extinctam et aeterna morte periisse;
significat Chrysostomus homilia 25. in genesim et superius te-
stimonio supra relato, ubi loquens de his quorum peccatum
diluvio deletum fuit dicit aliquos esse, denique dicit Beda
et loquens de illis quorum peccatum deletum non fuit, ideo ob-
ad aeternum transierunt incendium ait plerosque esse quos sepe-
livit [illegible] anno mundi 1655 n. 7. et alios super caput generi
v4. Nam multi parum temporis habuerunt obstupefacti statim mo-
rte [illegible], alii licet plus temporis habuerint, ita fue-
runt vehementer perturbati ut de salute animae nil cura-
verint neque ex diluvio [illegible] ad [illegible] vera
fuisse doctrinam ante ipsis praedicatam. Illi denique multi-
tudine pene in [illegible] habuerint detestationem peccatorum, [illegible]
tamen non fuit vera contritio prout oportebat ad salutem,
[illegible] minor pars fuit quae in illa vehementi angustia et
perturbatione veram habuit de peccatis contritionem.

Ad 2am
auctoritatem Hieronymi dicendum est textum hebraeum expo-
nendum esse per versiones Septuaginta et per Vulgatam,
in quibus habetur non permanebit etc. nec in versione Chaldaica
[illegible] patrum. Ad 3am auctoritatem respondendum est
Hieronymum [illegible] ibi dicere fundato auctoritate prophe-
tarum, quae tamen probabilia sunt [illegible] sunt illa
quod tota gens Sodomae et Gomorrae et Aegypti in mari
rubro submersi non fuerunt aeterna morte puniti nam probabil[ius]

id quod receptum vam apud alios pp. et DD. ut docet Carneli
a lapide in gen. cap. 19 et super cap. 17 hanc v.g. omnes sodo
mitas in impietate sua esse mortuos esse quae dam natos
versabantur omni in flagranti crimine deinde nocte qua
duobus angelis turpiter abuti volebant, deinde quod subita fla
ma eos corripuit, et stupe fecit ut nec sensum nec tempus
haberent peniterendi, idem quod hoc evenit egyptiis repente obrutis
fluctibus maris rubri.

requiritur etiam ex eo quod docet hieronimus
quod nullus non perit eterna morte cum in hac vita fuerit puni
tus et deus non puniat bis, et similiter omnes qui in hac vita
puniuntur quod falsum esse docet idem hieronimus nam post verba
supra relata querit: si fidelis deprensus in adulterio decolletur
quid de eo post fiat. aut enim punietur et falsum est quod
dicitur non vindicavit dominus bis in idipsum tribulatione aut
non punietur, et optandum est adulteris ut in presenciarum breui
et cita pena cruciatus fruiantur eternos. ad respondet: Deus
ut omnium rerum ita et suppliciorum quoque sive cruciatus
et non prevenit sententia iudicis nec illi in peccatores excercende
de hinc pene auferri potestatem, et quamvis peccatum mag
num diuturnisque legum cruciatibus siquis antea puniatur sic
satis et adequate adversitate culpe ut ille in lege qui
israeliti male dixerat et qui in sabato ligna colegerat tales
postea non puniri quia culpa levis presentis supplicio compen
sata est. quam dicat adulter decolatur quia peccato suo lesit
vel publicam rei prodedit scandalum decolatione ergo punitur offen
sam rei publicae idem tamen offendit deum a quo de ea
certo ut pariter hanc offensam punit contritione confessione
et satisfactione vel satis passione adequata culpe et sentit
gratiam oferendo deo decolatione in satisfactione adulteri quod
si moriatur impenitens deus adequabit satisfactione in inferno.
et si moriatur cum vera penitentia at satisfactio non sit ade
quata adequabit in purgatorio. deinde adulterius statim punitur
decolatione non vero stetis obstinacio et impenitentia: illam ergo
luere devet in inferno: ergo ex eo quod genus humanum punitum fuerit
diluvio non sequitur non fuisse punitum pena eterna.

Confr. Lex

doctrina supposita autoritate quae affertur lo. 3. commentariorum
in genesim cap. 7. volunt quidem peccatum cain morte corporis
fuise deletum in eo quod scriptum est: non vindicabit Deus bis

inipsum. Sed hec ratio quam infirma sit et ipsa fides scit et
ipsa patrum sententia diligencior obiter aduertit. hoc enim dictu
verbis accipi conuenit eorum uel ante pena uel inipsu
pena confessiones dei accipit et dirco post eandem penam inte
reparem in illis eternam spes docuit ut ag. latroni qui
interius confessus est in minute dominus aperuit parumper quo
non vindicabit deus bis inidipsum. nam alter latro de tempora
li adeternam transiectus est supplicium. dequo etiam recte dicas
quia nec illo vindicabit deus bis inidipsum nam ese una
vindicta, vereditur que hic incepta perficitur inensempiternum
nec repetitur.

Preterea quod sententia illa naum cap. 1. v. 9. que iuxta
vulgatis interprete et teodocione sic abet: non consurget du
plex tribulacio. iuxta septuaginta: non vindicabit bis idipsum
intribulacione iuxta symmacum: non insurrexerunt inpetuose
angustie et iuxta pagninum: non consurget bis angustia: itrex
ponitur aballquibus ut loquatur ibi propheta niniuitis de
meritis quos preciserne edidit illud vaticinium minans
eis extremum iudicium et dicat quod deus unica irrupcio
ne chaldeorum ita penitus subuertet niniuem ut non
sit opus. similiter Isai ait Abisai de absalone: nunc quo
per fodiam hunc lancea interra semel et non opus non erit.
2o Regum 26. v. 8. ita theodoretus super hec verba prophete
cum ait: adeo acerbus et exsageratus deboni deus accipiet ru
bricam unde opus sit in vos iam plagam infere. Theophilactus
ibi etiam inquid: talis est potentia dei ut si aliquem punire pro
meritis velit hoc pons simul cumulate una plaga
perficiet nec altera vindicta opus abeat simul omnino
opus conficiens atque consumens. Ita etiam exponit Acatho
co alii autem interquos vatablus similiter exponunt de ta
men de niniuitis sed de castris sennacherib hoc modo: deus
ita subiter una vice perangelum sedet et aggeret castra sen
nacherib ut non hec perturbere et plagam iterari non sit opus
sicque ex naum sententia nil conuinci potest contra nos.

Secundo si
licet maior pars hominum perierit ingeniis in diluuio
et adincendio transiit infernale tam anima christi
qui decendendo adinferos etiam damnatis predicabit suum
aduentum ac fructum eius ut inipsum crederent et libera
rentur adoloribus infernum; nec dicendum hanc predicacionem

instructiones [illegible] fuisse: quod maior pars hominum qui in diluvio perierunt non fuit damnata in igne eterno. Ambrosius exequiis dixit Christum alterum se sicut Christus fuisse a mortuis suscitatum solutis doloribus inferni: quibus verbis significat hoc qui dolo rebus inferni tenebantur fuisse illis per Christum abductos, ad que liberatos, et hos [illegible] Beatus Augustinus 10 in [illegible] ad Liberam
Ep. 33 dixit fuisse peccatores qui cruciatibus inferni torquebantur neque epistola 99 ad Evodium propter hec verba, solutis doloribus inferni non dubitat affirmare quin preter animas [illegible] que in sinu abrae quiescebant Christus liberaverit aliquas ex his que dolore inferni cruciebantur, licet in incertum relinquat: an omnes quos in suis doloribus invenit liberaverit an quosdam illo bono [illegible] dignos iudicabit. Accedit meo quod nusquam legi in sacra scriptura vocabulum inferni aut inferorum [illegible] posuit [illegible] semper accipitur; ideoque sinum abrae inquo sancti erant tarde commendatum [illegible] literis tanquam quietis et securitatis plenissimum [illegible] fuisse partem aliquam inferni credit Augustinus: presertim cum illa parabola evangelica de lazaro et Epulone [illegible] indicat Abraam dicens epuloni magnum chaos firmatum est inter nos et vos

Deinde Clemens alexandrinus 6 Stromatum ante medium scripsit Christum descendentem ad inferos etiam damnatis predicare ut credentes ac [illegible] [illegible] in eum crederent, his presertim quibus in hac vita non erat predicatus propter verba petri 1 ep. 3 [illegible] in quo et [illegible] spiritibus his qui in carcere erant spiritu veniens predicavit qui increduli fuerant aliquando quod expectabant dei patientiam in diebus Noe sed illi qui increduli fuerant in diebus Noe pro maiori parte damnati sunt: ergo potuerunt anime damnate audire Christum in inferno predicantem, ideoque inde [illegible]. Unde ep. 4 scribit [illegible]: ideo et mortuis predicatum est evangelium ut iudicentur quidem in homine in carne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] que damascenus [illegible]. Nec credendum est huiusmodi damnatos perpetuis cruciatibus inferni non fuisse conversos ad Christi predicationem. [illegible] non est credibile quod [illegible] [illegible] et gratia in penitentia damnatis [illegible] [illegible], [illegible] venit. Maxime [illegible] predicatio Christi erat efficacissima. Preterea inquisitio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Gregorius Nazianzeno oratione .42 lo. 20. de pascate, legit platone opamire quidem christiano qui hei seppe maledicebat et conuitiis lacerabat adque dixisse: ego quidem maledicatores esse non iudicior verum ... infernum decendit nemo autem ne ad fidem accessit. Multorum etiam opinio fuit Traiani imperatoris animam orationibus sancti Gregorii fuisse ab inferni poenis ereptam propter damnationem auctoritatem moralem defectibus ubi idem refert de Falconilla. Similiter ab inferno liberata orationibus sancte Tecle. Quid ergo mirum quod christus decendens ad inferos animas damnatas liberaverit

Ro. esse contra fidem asserere omnes apperey infernales damnatos fuisse aberis a christo liberatos ut docet Suarez in 3a parte tomo 2. disp. 43. s.3. propter quod augustinus lo. de eresibus in ... agesima g. inter eresis posuit que asserit christo decendente ad inferos credidisse incredulos et omnes inde liberatos secundum filastrum lo. de eresibus ... de decensu christi ad inferos et satis constat ex consensu totius ecclesie et omnium sanctorum ... tenemus ... decendis apud Suarez quod in inferno nulla est redemptio ex sermonis scripture, nam ... scripture docent penas damnatorum esse eternas matthei 25. ite in ignem eternum et ... ibunt hi in supplicium eternum. ergo etiam pene illorum, qui ante christi adventum damnati sunt eterne sunt nam de omnibus loquitur generaliter scriptura ergo contra scripturam est asserere omnes qui erant in inferno quando anima christi decendit ad inferos liberatos esse a penis inferni: qui si omnes liberati fuissent a christo omnium illorum pena temporalis fuisset. deinde quia [illegible] scriptura quod ubi ceciderit lignum, ibi manet, sive ad austrum sive ad aquilonem. id est ad aquilonem tenebrosum unde panditur omne malum sive infernum et ad austrum lucidum et clarum unde panditur omne bonum sive gloriam eternam

Et ratio est quia huius vite concessum est hominibus ad comparandas vel ad amittendas eternas vitas, et ideo quod non fuit usus medijs concessis adeo ad fidem et gratiam obtinendam dum tempus habebat per legem ordinariam consequi salutem non potest. et quia [illegible]

conditionis viderent homines quamvis damnati, quod qui ante mortem Christi non ergo eduxit Christus ab inferno animas damnatas. Addo insuper licet ut docet Suarez loco citato non videatur ereticum et contrarium asserere Christum sua voluntate et arbitrio aliquem damnatum ex speciali privilegio, ex gehenna eduxisse quia non de fide generalem illam legem nulla dispensatione privilegii quae admittere: temerarium tamen esse quia nullum est fundamentum ita generaliter scripture regulis quis vel aliqui a Christo ab inferno liberati existimantur.

Ad id autem quod pro sententia adversariorum scilicet Christum fuisse a mortuis suscitatum solutis doloribus inferni, dicendum est nihil nobis adversari non veteri potest ad Christum dominum qui magis terra ... dolores inferni quod illuc decendens potuit morere ... illis doloribus langui et tenere quippe qui erat inter mortuos liber, et cui hoc iuxta mirifice convenit quod proxima subiungit Petrus iuxta quod impossibile erat teneri ... et sane interpretatione ... commendat Augustinus impossibile ... ipsum Christum dolores inferni ... quod illius fuerit aliquod captus et vinctus sed quod sua potentia ... ut ab illis teneri et capi nullo modo posset.

2o illa sententia ... potest acomodare ad eos qui in purgatorio igne ... et loci illius ... inferni est ... nominis extensionem, et qui ideo erant ad tempus cruciandi et tamen plurimos Christus ad infernum descendit illis doloribus liberare creditur. imo omnes liberasse dici potest nam licet non omnes e purgatorio eduxerit animas quam ... sufficienter ex ... de tota pena pro culpa debita. Potuit tamen fieri ... diuturnitatem temporis minuerit ita tamen ut gravitate et acerbitate pene compensaretur hoc enim modo et legi iustitie satisfieret, et propter Christi gloriam augendam maior captivorum numerus inferno eriperet.

3o. tale dictum ... acomodari potest etiam ad sanctos patres qui erant in limbo sive in sinu Abrahae nam et si nimis ... illi propter sua pecata dolore cruciatibus eo loco afficiebantur, non poterant tamen sine magno animi esse dolore propter ardentissimum desiderium adventus gratie et videndi faciem Dei cuius desiderium, et spei tam longa dilatio sine nulla afflictione

esse non poterat. et sane explanationem approbat D. Thomas in 3 parte q. 52. articulo 2 in responsione ad 2. declarans illa verba psalmi ad 2. dicendum quod duplex est dolor unus de passione poenae quam patiuntur homines pro peccato actuali psalmi 17. dolores inferni circumdederunt me. aliquis autem dolor est de dilatione speratae gloriae 2. alius proverbiorum 13. spes quae differtur affligit animam quem quidem dolorem patiebantur in inferno. et ad hoc significandum Aug. utrosque dolores de utroque dicit: quod lacrymabili obsecratione Christum orabant: et aliter vero dolores poenarum solvit praeservando ab illis sicut medicus dicitur solvere morbum a quo praeservat per medicinam dolores autem causatos ex dilatione gloriae actualiter solvit gloriam praebendo.

Dicendum quod. adit Augustinus sinum abrae non fuisse partem aliquam inferni quia nunquam legitur in scriptura vocabulum inferni aut inferorum in bonam positum sed in malam partem semper accipi pro eo scilicet dolores et tormenta, et quia sinus abrae dicitur locus quietis et consolationis et velut ubi quiescunt beatitudinis. Item quia lucae 16 dicitur magnum chaos sit malorum esse internum et alium locum quo ibi erant contra dicuntur sic enim dicitur: factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrae: mortuus autem est et dives et sepultus est in inferno. Unde quidam existimarunt esse locum aliquem et caeteros alii esse paradisi terrestres alii aliter. Dicendum cum Suarez tomo 2. in 3a partes disp. 52. s. 2. in fine Augustinum eo loco dubitasse quia non adhuc asecutus fuerat veritatem. alliis tamen locis agnoscisse sinum abrae fuisse apud inferos quod dicit expresse 20. de civitate c. 15. et in id psalmi 85: eduxisti animam meam ex inferno inferiori

Insuper notat perenni Augustinus epistola 99. sine dubitatione affirmat inter alios quos Christus descendens ad inferos solvens que dolores inferni ex illis locis eduxit fuisse Adamum parentem generis humani. Unde cum Christus non eduxerit animam Ade ex loco reprobatorum, et dato Adamum neque ex purgatorii igne incredibile enim est atque ideo de quo diximus de Ade sanctitate diximus, ex quo tempore Adam

Mortis, erat usque ad id temporis quo Christus decendit
ad infernum id est ancores auferens tria milia [illegible] animas
sive ipurgatorii cruciatibus sentire contra [illegible] augusti
nus ubi de animas eductas sive ex limbo patrum: ergo hic lo
cus in inferiori parte terre erat et contra pars erat in
ferorum atque manifeste deducitur ex in [illegible] sacra re
gum 28. ubi anima Samuelis visa est de terra ascendere
quasi existens prius in inferiori loco. deinde dixit Sa
mule cras tu et filii tui mecum eritis, id est in loco inferiori
sive sub terram. nec tamen: ergo ex sinu abrae ex loco damna
torum, et aliis inferioribus locis componitur totum quoddam quod
inferi sive infernus dicitur, aliter enim falso dixisset anima
Samuelis mecum eritis quia anima Samuelis erat in
sinu abrae, et anima Saulis decendit in loco dam
natorum et fortasse ut notat Suarez animae filiorum
Saulis non omnes ad eundem locum subterraneum decenderunt
Alia scripturae testimonia, et aliquae [illegible] quibus dicimus
abrae cum locum inferiorem fidem poterunt apud Suarez ci
tatum.

Ad rationem autem quae aliquando augustinus mouit
dicitur respondet S. Tho. 3a parte q. 52 art. 2 ad 2. infernum sig
nificare locum penae et hoc modo etiam comprehendere sinum
abrae quia erat ubi ubi carcer et in eo [illegible] penas
et [illegible] patiebantur animae sanctae ut diximus; ad
illud quod Chaos firmatum inter sinum abrae et locum re
proborum, dicendum, ex proximum continuum magnam ali
quam inter eos esse distantiam, unde multi dicunt ut in
que inter illum et purgatorium locum puerorum ~~[illegible]~~ orientium
in peccato originali ad contra positionem Chr. ibi in
ferorum [illegible] [illegible] pro loco damnatorum usque
rem aeternum ubi Matth. 11 usque ad infernum
decernetur. Isaiae 14. et numerorum 26. etiam
includit sinum abrae. Unde bene [illegible] exponit Evange
listam.

[illegible] petri epistola 1 cap. 3 v. 19. quem in [illegible] sancte
confirmatione explicat Clemens alexandrinus supra narrat
a nobis explicatum minime clariori et planiori; ex quo
nostram sententiam confirmabimus videamus.

qui fuit hec exponit loq ingenesim dumn. que docet
ipsum xpum ẽ adversari dyplicem lecturã inter pre ..
res subiciens. quare altera ẽ Augustini inepistola 99. ex
istimantis petrum ñ loqui de xpõ decensu adinferos nec de
predicatione eius apud inferos facta, sed figurata locutio
ne voluisse docere tempore illud noe quod distribuitur
ẽ dictum illud. ad prelucere annuntiationes adque tra
illustres quod quo temporis adventus xpi, et predi
cationis legis ebangelice na illo tempore xpus spiritu
vacuus et rebelaciones beniens inmentes servorum suorum
ut noe et aliorum et perillos predicabit hominib.
illis temporibus. Alia videantur cocogitata.

Altera ẽ eorum
existimancium petrum locutum fuisse dedecensu xpi ad
inferos quam probaliores sentit pererius. at secundum
versionem horum qui ininferno erant aperta factam
per manifestationem sui apudinferos, quod ipse ecce expe
ctaty ille messias et salbator mundi futurus qui omnem
iudex unicuique proveniens eterna vel premia vel
supplicia redditurus. illud autem. qui increduli fuerant
aliquando quidem referunt adiunctos quos exsim
terra xpus educunt qui autem increduli dicuntur
gecosia aliquando fuerant increduli nec credentes
deo ñ tamen in fine vite aliter ñ esent instituti sa
lutis. vel quia omnes saltem in adamo increduli et pecca
tores fuerant quod adamum iunit in loco deincar
natione verbi et venirim super illis bebis qua chr
isti xpi q. tripioque ut sanguine testamenti. Videantur
plura apud pererium.

Alio insuper pi testi
monio nil similiter eorum causa adiubant quorum sentent
imprebamus nam medio, hec sensus ẽ quod ibi sermo
sit contra gentiles et epicureos vivente in luxuris
vir lenit et comessacionibus, dicentes. ede bibe lude
post mortem nula voluptas, quasi omnis felicitas
in his et ac uita consistat sentebant enim
animas interire cum corpore ac proinde stultum
esse voluptatibus huius vite abstinere, et carnem

mortificare spe futurae vitae ac proinde nullum
in ea degentis praesentis vitae expectandum esse iudicium
et intercedere et retributionem, mortuos enim nil sentire 80
nil scire nil pati imo plane non esse dicebant. Destruit
hoc Sanctus Petrus docens quod iudicaturum tam mortuos 5
quam vivos eisque pro meritis praemia redditurum ita
ut licet qui sobrie vivunt et caste vivant iudicentur
homines idest ab hominibus mundanis esse mortui idest
plane interisse in carne per mortificationem ideoque fuisse
miseri et desperationi vel fatui quod dum viverent
carnis voluptates exacerbaverint hacque in aeris etiam
... mortificarint et crucifixerint ut esse assimilaverit postea passo et crucifixo, iidem tamen vivant
secundum Deum idest coram Deo dono Dei in spiritu gratiae
et gloriae caelestis. quorum hinc confirmatio sententiae eorum
veranorum 3. plura videantur apud Cornelium.

sed contra
sententia historia de ineris non aberi platonem ex poenis infer
nalibus ad gloriam sempiternam esse perductum, et licet
eis aliqualiter id adduci posset inde non sumitur firmatio
aut de veritate hearum non constet imo falsum dicere ...
similibus. Ad illud speciale de Traiano ... historia
historia dicendum est cum scolasticis illum non fuisse sim
pliciter damnatum ad infernum, neque immediate transla
tum ad beatitudinem sed revocatum ab hac vita ut poeniten
tiam ageret. Verum tamen est illam historiam non esse probatam fidei
quia tota nititur auctoritate ~~Damasceni~~ et tamen opus
~~illud~~ quod Damasceno tribuitur merito creditur non esse
illius. Non quidem quod Damascenus sit antiquior Grego
rio ut existimavit Medina super 3am partem q. 52 art.
6. secutus Tritemium. Verius enim est Damascenum vix
isse tempore ... imperante Leone Isauro
et sub Gregorio 2o de quo ... Damasceni ideo
propter rationes scilicet quia in oratione habetur aliquis error
contrarius doctrinae Damasceni lib. 20 de fide cap. 4 ut docet
citatus Suarez.

Item quia incredibile est Gregorium orasse
est dimittere conjugem non tamen aliam ducere dixit: qui dimise
rit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit moechatur
ubi vides exceptionem coniungi cum verbo dimiserit quia fas
est uxorem dimittere propter adulterium non autem coniun
gi cum verbo duxerit quia ducere aliam non est fas.
Deinde Marcus cap. 10 v. 12 et Lucas cap. 16 v. 18 eandem istam
narrantes historiam sine ulla exceptione dixerunt moechari eum
qui dimissa priori uxori aliam duxerit, at non potest excogi
tari alia causa cur Matheus exceperit fornicationem
Marcus vero et Lucas non exceperint nisi quia ille voluit
explicare aliquando licere uxorem dimittere si nimirum
adultera sit; isti vero docere voluerunt nunquam licere
aliam uxorem ducere, etiam si prior propter adulterium
dimissa sit.

Dices contra hoc propter adulterium uxoris non so
lum licitum dimittere, sed etiam aliam ducere licitum esse docent
Tertullianus lib. 4 contra Marcionem, Ambrosius seu potius Re
migius in commentariis ad epistolam ad Corinthios cap. 7 scribit
etiam Origenes quosdam sua aetate catholicos episcopos permi
sisse his quorum uxores adulterium admiserant

ut illis dimissis ducerent alias. denique id ipsum in concilio eliberino concessum fuit et habetur in decreto gratiani 32 q. 2 cap. si qua mulier, et in concilio 10. arelatensi cap. 10

Ceterum non licere viro ob adulterium uxoris hac dimissa aliam ducere, praeterquam quod definitum est a tridentino ut diximus semper fuit in ecclesia receptum. idque docetur in canone 47 apostolorum ubi qui secus fecerint excommunicantur. idem docet Evaristus papa epistola 2a. concilium milevitanum canone 17 et nannetense canone 20. et alia concilia et patres apud bellarminum loco de matrimonio cap. 16. et origenes tractatu 7o in matheum episcopos illos qui suo tempore uxorem permittebant tanquam rerum ecclesiasticarum imperitos reprehendit. hinc decreta illa concilii eliberini et arelatensis, quae pro contraria parte adduximus, aut corrupta sunt et adulterina aut ita intelligenda ut marito qui ob adulterium uxorem dimiserat liceret alteram ducere non quidem vivente sed mortua priori uxore. sed dices quid opus erat ut id permitteretur cum dubium non esset id illi licere. Resp. permissum esse ad declarandam differentiam inter maritum et uxorem adulteram, hac enim loco penitentiae interdictum aliquando etiam marito mortuo nuptiis abstinere; ne ergo aliquis idem de marito intelligeret explicatum est illi licere etiam ducere sed intelligendum ex communi lege ecclesiastica mortua priore.

Instabis 3o non sola fornicatio sed aliae insuper sunt causae propter quas licet viro uxorem dimittere quoad torum. et ut alias omittamus certum est ex eo quod vel apostasia a fide, unam ex eis causis, sequitur licitum esse divortium ut patet ex cap. de divortiis cap. non solum et cap. idque 28 q. 2 et ex tridentino sess. 24 cap. 2 et ex aliis docet Sanchez d. 29 de matrimonio lib. 10. ergo autem in citatis sed christus matthaei tantum excepit fornicationem, sequitur solam permisit uxorem dimittere. ergo non loquitur de dimissione quoad torum quae etiam propter alias causas licet, sed de dimissione et separatione quoad vinculum.

Resp. licet aliae etiam sint causae divortii quoad torum, apostolus solum meminit adulterii, quia hoc cum matrimonio maxime ex diverso pugnat et perpetui divortii ex se causa est, reliquae

enim nec ideo cum matrimonio pregnant naezeque sue dumta. Itaque quod solus expetit adulterium quod solus assignabit perpetuum causam divorci, quibus exispirata et vere coniugi, quo pacto illud solum e possunt tamen esse alie cause vere personarum, que sunt perniciosa alteri coniugi, qualia sunt exeri inducio ad peccatum et sevitia. ideo solum adulterium e exe causa perpetui divorci, quia fundatur in fide violata, que semper durat, alie vero cause temporales sunt, quia fundantur in causis temporalibus que cessare possunt. hinc patet differentia inter adulterium et exerim; inito satis e unum actum ad divorcium nec opus e expectare correctionem, inito non satis e unus actus si coniux e paratus corrigi. deinde in adulterium non tenetur innocens dimittere adulterum quam tribi permittere innocens tenetur si non adverint enim lata ut docet sanchez citatus in q. Sp. 5 an apud istoriam evangelicam unica tantum referatur mulier apelata magdalena, an due, an plures. luce 7 v 37 et ioannis 11 v 2.

CAPUT

An apud istoriam evangelicam tantum referatur mulier apelata magdalena an plures. Luce 7 v 37 et ioannis celebris e apud scriptores eclesiasticos et multis munitam que partes agitata q. an mulier illa peccatrix que in convivio simonis pharisei unxit luce 7 v. 38 et illa mulier quam idem lucas cap. 8 v 2. apelat mariam magdalenam de qua 7 demonia eiecit, et illa mulier que in mateus cap 26 v 7 et marcus cap 14 v 3 betanie in domo simonis leprosi unxit dominum; et tandem maria soror lazari et marte. ioannis 12 v 2 que unxit etiam dominum ioannis 12 v 3. an scilicet mulieres in supraditis evangelii locis memorate fuerint 3. diverse mulieres an 3. sed una eadem tantum diversis apelata nominibus, variisque commemorata.

Ad. possunt recenseri de hac re sententie. 1a. que aserit 3. fuisse distinctas mulieres nomine magdalenas que dominum unxerunt unam de qua lucas cap 7 alteram de qua matheus cap 26, et marcus cap 14 3a. mariam sororem lazari et marte de qua ioannes cap 11 et 12 ita origines tractatu 35 in mateum theophilactus luces expositione mathei 26 et eusebius apud sirin. hi que fuise huiusmodi mulieres opinati sunt nostro seculo iacobus faber

et redocy titolens dubitatis super hac ꝙ libris. Tertia potest esse eorum qui dixerint huiusmodi mulieres 4r. diversas fuisse, atribuunt enim supra memoratis diligenter magdalenae quae septem demonia eiecit dominus Luce 8. Ita aliqui antiqui apud Sitalum nigiren. 3a sententia ait duas fuisse magdalenas alteram peccatricem Luce, alteram sororem Lazari quae xpm unxit Ioannis 12. ita S. Clemens romanus Lib. 5 constitutionum apostolicarum cap. 9 et 16. Tirrianus Ambrosius incept ad Luce S. Basilius Ioannes Chrisostom homilia 81 in Mateo et 62 in Ioane. S. Hieronimus Matei 26. Beda sermone de maria magdalena et alii.

4a. et communis sententia docet unam tantum fuisse mulierem quae xpm unxit apud 4r. ebangelistas hec que fuisse mariam magdalenam sororem Lazari et Marte ac proinde unam tantum fuisse mulierem dictam magdalenam. Pro hac sententia aliquos ipso antiquis ut laudat origenes ubi supra immo ipse videtur origenes hec sequitur homilia de maria magdalena ita etiam S. Augustinus Lib. 2o. de concordia ebangelistarum cap. 79 S. gregorius Lib. 6. epistola 22 et homilies 25 et 33 in ebangelia. Beda Rupertus Nicolaus de Lira, dionisius Caietanus Iansenius, Pererius Barradas Maldonatus franciscus Lucas Cornelius a Lapide et communiter expositores in loca ebangelii supra adducta. Hanc tandem sententiam sequor sed claritatis gratia hec diuidum per sequentes asserciones explicando.

Ass. 1a. Maria soror Lazari quae dicta est magdalena fuit illa mulier peccatrix que xpm unxit apud Lucam cap. 7 v. 37. Pro. assertio quo usque tantum Augustinus supra laudatus, etiam Ioannes cap. 11 narrans dominus de ... betaniam ad resuscitandum Lazarum dicit v. 2: Maria autem erat quae unxit dominum unguento et extersit pedes eius capillis suis: ex quibus verbis constat Mariam unxisse dominum ante mortem fratris sui Lazari et hec uncio nulla alia potest esse nisi illa facta a muliere peccatrice de qua Lucas: ergo mulier illa peccatrix fuit maria soror Lazari, Maior p. quia ea uncio non potuit esse illa, que memoratur Ioannis 12 neque illa que ponitur Matei 26 et Marci 14 siquidem iste post resurrectionem Lazari facte sunt: ergo tantum potuit esse illa memorata a Luca que ante Lazari mortem facta est.

Pr. 20. ideo Ivanes illo cap. 12 v. 2 loquens de maria sorore 40
Lacari posuit illa verba: maria autem erat, que un
xit dominum unguento et expersit pedes eius capillis suis
ut hoc insigni facto tanquam certissima nota discerneret
illam ab aliis mulieribus et maxime ab aliis Ma
riis que xpo sequebantur neque ex alia istud notandi fu
gi poterit. si autem aliqua aliarum mulierum unxisset
xpum et capillis suis domini pedes tersisset non debebat ha
bere Ivanis per hoc discrimen unctionis Mariam soro
rem Lacari ab aliis mulieribus distinxisset, nam et alie si
militer unxerant: ergo cum illa pecatrix similem obsequium
domino prestiterit apud Lucam recte concluditur hanc
fuisse diversam a maria sorore Lacari

Pr. 30 Matei 26 v. 13
et Marci 14 v. 9 laudans dominum efusionem unguenti super
caput eius dixit: Ubicunque predicatum fuerit hoc evan
gelium in toto mundo dicetur et quod hec fecit in memoriam
eius sed per omnes xpi eclesias mulier illa que unxit do
minum apud Matheum et Marcum celebratur sub nomine
mulieris illius pecatricis et Marie Magdalene sororis
Laçari; ergo Maria soror Lacari fuit eadem que mulier illa
pecatrix. Minor manifesta ex signo quem canit ecle
sia in festo Marie Magdalene, ex antifonis quoque et
oratione illius oficii, ex scriptoribus omnibus eclesiasticis
et ex perpetua apud Masilienses tradicione, quam uni
eclesia recipit.

Confir. quia eclesia in festo maria Magdale
ne aperte sentit mariam sororem Lacari fuisse mu
lierem pecatricem de qua Lucas, non est autem credibile spiri
tus sanctus permissurum ut maria soror Laçari tam
ingenti infamie nota ab eclesia nostri quo macula
retur ut sine dubio fieret si ipsa distincta fuit a
muliere pecatrice, quis enim credat castissimam illam
sororem Lacari per totam eclesiam pecatricem ab eis pe
catricem predicari et deinde absurdum videtur errore
non solum non coli ab eclesia verum etiam ignorari nomen il
lius mulieris pecatricis que sic xpum dilexit, sic ab eo
laudata est que tot caritatis obsequia xpo prestitit tot
misericordie dona ab eo accepit; ignoraretur autem
si hec non fuisset maria soror Lacari nam aliam pecatricem

Domini pedes lavasse et unxisse xpi ecclesia neutro minat nec agnoscit; credendum igitur est hoc fuisse mariam sororem Lazari. Tandem tam historiae de vita magdalenae conscriptae, quam sepulcri hius inscriptio testantur peccatricem feminam sororem fuisse Lazari et Marthae.

Obiectio. Maria soror Lazari fuit matrona nobilis clara dives et apud primates iudeorum honorata, ut colligitur Ioannis 11. v. 19 at incredibile est tales mulieres et publicas fuisse meretrices et peccatrices: ergo mulier illa peccatrix, de qua Lucas agit adiecenda est a maria sorore Lazari. Respondeo negando Minorem, constat enim, alias nobiliores maria feminas inhonestas illa fuisse ut apud romanos duae Iuliae altera augusti cesaris filia, altera herodis neptis, idem constat de messalina Claudii imperatoris coniugi de semiramide assyriorum regina, et de aliis. quamquam ego non crediderim magdalenam publicam fuisse meretricem erat quidem peccatrix unius tamen aut alterius divitis amoribus irretita, et vanitatibus dedita quod in femina praesertim nobili satis prodigiosum est

Obiectio 2o. Maria Magdalena xpo erat gratissima hunc familiariter dum incederet per galileam et iudeam sequebatur, et suis facultatibus ministrabat: si vero fuisset illa mulier in civitate publica, et famosa peccatrix non permisisset dominus sibi ministrare et familiariter cum ipso et discipulis suis conversari, offendisset omnino iudeos. Confirmatur cum discipuli solum xpum cum samaritana loquentem invenissent: mirabantur, quia cum muliere loquebatur: Ioannis 4. v. 27, quasi sinistrum aliquid suspicantes et similiter phariseus et risu scripsit [?] murmurabat tamen, quia permittebat mulieres peccatrices hunc tangere Lucae 7. v. 39: murmurassent igitur Iudei si tanquam de mulierem adeo xpo familiarem cognoscerent ut hunc quocumque pergeret sequeretur maxime quia hius peccata publica erant, penitentia non item.

Respondeo, sicut peccatrix famosa maria fuit ita ad xpum conversa fuit et postea penitentia: cuius ergo et illius penitentia in habitu, in verbis, in factis publica erat et xpi et discipulorum hius pudicitia notissima, quid

debuit xpus ab heis familiaritate deterrere; palam enim profitebatur dominus se venisse querere peccatores palam cum istis et publicanis conversabatur. hoc sane de ipso iactabant iudei in vulgus, sed hos dominus reprehendebat, matei 11 v 19, docebat que meretrices et publicanos, ipsos phariseos in celorum regnum precessuros (matei 21 v 31. Ad confirmem dico, propterea miratos fuisse discipulos quia solus cum sola muliere alienigena et samaritana xpus loquebatur non quia aliquid sinistrum suspicarentur. sed quia non solebat dominus cum illis loqui (mulier cum illis; mirantur enim homines insolita. magdalena vero tunc familiariter conversabatur cum xpo quod hec ut dixi puella, negatis mundi vanitatibus sequebatur, que mores in palestina fuisse ut mulieres etiam suos magistros sequerentur, notabit S. Theronimus.

Obiij 30. mulier illa peccatrix de qua lucas altera erat et ennica, non ebrea at certum est mariam sorores Lazari iudeam fuisse: ergo diversa fuit ab illa pecatrice. Maior probatur quia mulier illa erat publica meretrix iudeis autem feminis meretricium non permittebatur ut constat deuteronomi 23 v 17: non erit meretrix de filiabus israel: ergo illa pecatrix gentilis erat non iudea. Respondeo meretricium prohibitum quidem fuisse ebreis sed nimis verum sicut in illis vetitis criminibus accidit ut silicet, licet lege proibeantur moribus tamen etico vi retineantur silicet proibitum esset meretricium tamen apud ebreos fuisse meretrices constat ex iudicum 12 v 1 et 3 regum 30 v 16, quamquam ut dixi magdalena publica non erat meretrix.

Arg. 2 maria soror lazari fuit illa magdalena ex qua xpus septem demonia eiecit luce 8 v 20. ergo hec magdalena de qua xpus septem demonia eiecit fuit illa ipsa que venit ad monumentum et cui post resurrexionem aparuit dominus ut scribit marcus cap 16 v 9. ista autem fuit maria soror lazari ut ex ercitione sequenti dicam ergo maria soror lazari fuit illa ipsa de qua xpus septem demonia eiecit.

Obiij 10. magdalena de qua dominus demonia eiecit actibus vitam excercebat semper et sequebatur xpum et de facultatibus suis ministrabat; at maria soror lazari contemplatibam

nitas colebat non enim ut soror sua marta xpo mi
nistrabat, sed secus pedes domini sedens eius doctrinam au
diebat Lucae 10. v. 39. ergo diversae fuerunt. Resp. Mariam sororem
divi non omiteret. quod enim xpus bis invenerit quod ar
mata comparaverit quod ea ad sepulturam servit ut xpi
corpus ungeret aliaque similia pietatis et caritatis
officia ac activas vitas pertinet potuit ergo ipsa et xpm
sequi dum per galileam incederet et dum predicaret audiret

Obiicies 2o. illa magdalena de qua dominus 7 demonia eie
cit mulier fuit galilea, maria vero soror Lazari iudea
fuit ex castelo betania, quod erat in iudea, nam Ioannes cap. 11
v. 2. ait Lazarum fuisse ex betania castelo mariae et martae
ergo diversae fuerunt. Maior probatur 1o. Lucas cap. 8 v. 2 commemorans mu
lieres quae xpum in galilea degentem sequebantur inter illas
recenset mariam magdalenam erat ergo magdalena ista
galilea. 2o. hec mulier ut vivit xpum in galilea comoran
tes: ergo galilea erat, ibique morabatur, et abebat domum
3o. hec maria apelata est magdalena, a magdalo castelo: at
castelum istud in galilea erat, non procul abetsaida ut vo
septus in vita sua, et procardus et adricomius tradunt
ergo ipsa erat galilea.

Resp. mariam magdalenam fuisse quidem
iudeam ortu et origine abitatione vero galilea, in beta
nia enim, quod castelum iudee est nata fuit sed nupta
viro galileo in galilea abitabit multo tempore ut im
dens et franciscus Lucas, et poreri et correti tradunt. Adri
comius ait in galilea in magdalo castelo natam fuisse et
abitase, ubi eius domum adhuc ostendi tradit. Sed franciscus
quaresmius tomo 2 lib. 7 cap. 7 peregrinationis se proba
bilius sensit in betania natam et educatam magdale
nam ut diximus. quare ipsa et soror eius marta dicun
tur de castelo betaniae Ioannis 11 v. 1. Itaque cum mag
dalena in galilea abitaret eius post mortem viri omni
nil miri quod ex galilea dominum secuta fuerit et
de facultatibus suis ministrabit dum in galilea esset.
Ad 2. ergo mulier erat diverso modo iudea et galilea
dicunt xpus dominus esse dictus est nazarenus, quia licet
ortus sit in betlem iuda tamen in nazaret civitate

galilee educatus fuit.

Unitatis Maria soror Lazari adm abitacione galilea dici non potest. Etenim eo tempore quo xpus per galileam altera parte mulieres sequebantur inter quas erat Maria Magdalena. Tunc Maria soror Lazari erat in betania castello inde cum Martha sorore sua, unde et in domo sua xpum ex galilea venientes excepit Luca 10. v 38. ergo necessario debet dici illam magdalenam que xpus per galileam sequebatur diversam fuisse a maria sorore Lazari. Pro. eo tempore quo xpus in galilea erat maria soror Lazari non manebat in betania cum Martha sorore sua, sed in galilea cum domino peregrinabatur. Nec obstat quod xpus dicatur venire in betaniam in domum Marie et Marthe nam ipse textus Luce satis declarat solam Martam dominum excepisse in domum suam, quod si tunc ibi Maria manebat utique et illam excepisse dominum diceretur. Erat ergo domus illa Marie et Marthe sed Marta xpum excepit, quia in betania tunc erat maria non excepit quia tunc cum xpo de galilea in domum suam non veniebat. Dici etiam potest Mariam sororem Lazari xpum sequi solitam in galilea et inde aliquando tamen betaniam revertebatur ad sorores suas, et potuit esse in betania cum xpus in domum suam venit

Obiectio 30.

Mulier illa peccatrix apud Lucam diversa fuit ab illa Magdalena de qua xpus 7. demonia eiecit sed illa peccatrix ut antea dicebamus fuit soror Lazari ergo illa altera magdalena non potuit esse maria soror Lazari. Maior probatur 1o. quia mulierem illam peccatricem Lucas non nominat siquidem illius nomen occultare voluit. at vero alteram demoniatam multis modis declarat, et nomine, et cognomine, et exercicio vite et abeuntium quod scilicet fuit liberata a 7. demoniis, non est autem ratio cur illius nomen quod sordes declarare noluerit, si statim capite 8. exprimendum erat. Probatur 2o. quia incredibile est videri mulierem demoniatam simul fuisse peccatricem, cum enim homines fugiant illos qui a demone oppressi sunt, contra est credibile amasos fuisse quevere et vexare eam feminam, que a 7. demoniis vexabatur. Dicendum igitur diversas fuisse mulieres istas.

Pro negans ma-

Ad 1am probationem dico, sanctus Lucas modeste nomen tacuit
mulieris cum peccatricem describit, quando vero poeniten-
tem et ad Christum conversam exponit tunc hoc proprio no-
mine et opera eximie caritatis manifestat. Sed dices
ideo Lucas noluit declarare nomen mulieris cuius pecca-
ta recenset, quia spiritus sanctus voluit illius nomen
ignorari: haec autem ratio nulla esset si statim ipsius no-
men manifestaturus erat, quod Magdalene opera caritatis
recenset imo non consequeretur intentum illud, si nomen
mulieris illius alterum mulieria (?) non maneret ignotum
nam si mulier ista fuit Magdalena illud silencio operuit. Pro
spiritus sanctus noluisse a Luca nomen peccatricis aperiri
ut doceret nos crimina proximi cum heri (?) nomine
tegere, sed quod noluit ex evangelio Lucae sciri voluit ex
doctoribus et ecclesiae festo cognosci.

Ad 2am probationem dico quod mu-
lier illa peccatrix fuit antequam a demonis vexaretur nam
propterea fuit dei misericordia a septem demonibus vexanda pro-
dita ut libidini nequius (?) remitteret. Ceterum antequam
Magdalena veniret in domum Simonis iam fuerat a septem
spiritibus et simul a peccatis liberata. Tunc scilicet quando ut
refert Lucas alii demoniaci curati sunt capite 8 versu 2 et
3. cum enim ante adventum in domum Simonis
eximio amore mulier illa Christum super omnia diligeret
iam antea peccata illi remissa fuerunt, non quidem quo
ad poenam sed quoad culpam; culpa enim remissa fuit
cum septem caritatem et contritionem corde concepit, hoc scilicet
tempore quo liberata fuit a septem demonibus, quibus vexa-
batur, Christus enim illis quos sanabat perfectam salu-
tem corporis simul et animae tribuebat ut docet San-
ctus Thomas 3 parte q. 44 art. 3 ad 3. Deinde venit Maria
Magdalena in domum Pharisei ibique tota poena peccatis
suis debita remissa est quod Christus protulit illa verba:
remittuntur ei peccata multa et illa alia: remi-
ttuntur tibi peccata tua, quae quidem verba non de remissione
culpae iam antea per contritionem et amorem condo-
natae sed de remissione poenae et reatus intelligenda
sunt ut docent Pererius Maldonatus Bar. et alii.

Ad 3am ex
istoria evangelica passionis et resurrectionis domini

n̄ potest colligi duas fuisse magdalenas. hanc clonas precipue statuo contra flabium ipse enim ait illam mariam mag dalenam, que simul cum alijs mulieribus ibit mane a sepulcrum et una cum illis dominum vidit et adorabit Mathei 28 Marci 16, et Luce 24, fuisse maria sororem Lazari; illam vero que sola ad sepulcrum ibit Marci 20. fuisse magdalenam illam galilea de qua 7 demonia, eiecit xpus Marci 16 v 9 ac proinde fuisse diversam amaria sorori Lazari

Verum ex hac fabri posicione sic procedo contra ipsum et meas clones probo. 1°. Magdalena que apud 3. evangelistas cum alijs mulieribus ibit ad sepulcrum fuit illa eadem galilea, ~~que~~ de qua 7. demonia eiecerat sed illa fuit soror Lazari ut concedit faber: go eciam ista ac proinde n̄ due dis tinte fuerunt mulieres sed una solum. Maior p̄ba nam magdalena que cum alijs mulieribus ibit ad sepulcrum fuit eadem illa que cum alijs parauerat aromata ut xpi corpus ungeret sed ista fuit illa galilea: de qua eiecerat 7. demonia: go magdalena illa, que cum alijs mulieribus ibit ~~ad~~ ad sepulcrum fuit ipsa, quam vocat faber galileam de qua dominus 7. demonia eiecerat. Maior

manifesta ē nam Lucas c. 23 v. 55 ait subsecute autem mulieres que cum eo venerant de galilea viderunt monumentum, et quemadmodum positum erat corpus eius. et revertentes parauerunt aromata et ungeenta et sabbato quidem siluerunt 7 mandatum. subdit statim Lucas inicio sequentis capitis una autem sabati valde dilu culo venerunt ad monumentum, portantes que parauerant aromata. hinc evidenter colligitur easdem illas mulieres galileas que parauerant aromata venisse mane ad monumentum: inter istas autem recenset Lucas maria magdalena eo c. 24 v 10: go evidenter sequitur magdalenam illam que cum alijs mulieribus venit ad sepulcrum quam faber fatetur esse sororem Lazari fuisse illam galileam de qua xpus eiecit 7 demones.

Deinde Lucas eo c. 24 v 10. commemorat mulieres que mane venerunt ad monumentum ait. erat autem Marie magdalene et iuana et maria iacobi et ceteri

Ubi bides in aram fuise sociam ac comitem illius Mag
dalene, que cum alijs mulieribus ibit ad sepulcrum;
hec autem maria sine dubio socia erat illius magdale
ne, de qua xpus eiecerat 7 demonia. teste hec odem
Luca c. 8. v. 2 ubi recensens mulieres que xpum seque
bantur per galileam ait: maria que vocatur magdale
ne de qua 7 demonia exierant et maria etc. ergo illa
magdalena, que cum alijs ibit ad sepulcrum fuit illa
galilea, quam ponit faber.

Rebecca marci 15 v. 40 dicit:
Erant autem et mulieres de longe aspicientes, inter
quas erat maria magdalene, et maria iacobi mi
noris et ioseph mater, et salome, et cum esset in
galilea sequebantur eum statim vero et c. 16 v. 1 in
quid: Et cum transisset sabatum maria magdalena
et maria iacobi et salome emerunt aromata ut
venientes ungerent iesum. Constans est has mu
lieres utrobique nominatas easdem omnino fuisse
ac proinde sicut maria iacobi et salome duobus illis
locis eedem fuerunt, ita maria magdalena utrobique
eadem fuit: sed maria magdalene in priori loco erat
illa que xpum per galileam sequebatur ac proinde illa
de qua demonia exierant ut concedit faber, hec
vero que in posteriori loco nominatur fuit illa magda
lena, que cum alijs ad sepulcrum venit, ac proinde soror
Lazari ut etiam concedit faber: ergo magdalena soror La
zari, et magdalena galilea, eadem mulier fuit.

Tandem
apud historiam evangelicam preter beatam virginem ma
trem domini tantum referuntur due mulieres discipule
xpi dicte Marie; una vero ex illis erat Maria ma
ter iacobi minoris et ioseph, ut patet ex locis marci
et Luce antea citatis: ergo una tantum superest maria
que possit dici magdalena; certum est autem magda
lenam sororem Lazari dictam fuisse mariam Ioannis 12. vi
et c. 11 v. 2; certum est quoque magdalenam illam de qua
7 demonia exierant dictam fuisse mariam Luce 8.
v. 2 et marci 16. v. 9: ergo cum utraque hec maria fuerit
xpi discipula non potuit esse nisi una, eademque mulier
. Quod autem inter mulieres discipulas xpi due

-rantur Mariae fuerint colligitur, ex Matth. 27. v. 61. erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria sedentes contra sepulchrum. et cap. 28. v. 1. venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum. Ubi observa quod Matthaeus ut declararet quae mulieres fuerint illae quae mane ad sepulchrum properaverunt, dixit fuisse duas Marias, nempe Maria Magdalena et alteram Mariam: nam praeter Mariam Magdalenam sororem Lazari et praeter Mariam Iacobi ut declararet Matthaeus quae mulieres fuerint illae, et maxime quaenam fuisset illa altera Maria, siquidem multae erant mulieres hoc nomine donatae penes populum: ergo dicendum est unam solam fuisse Magdalenam, et praeter hanc unam solam Mariam, nempe Iacobi Matrem.

Obiicies ex 19. v. 25 de mulieribus quae Christum patientem in cruce videbant dicitur: stabant autem iuxta crucem Iesu Mater eius et soror matris eius Maria Cleofe, et Maria Magdalene. At Matthaei 27. v. 55. et Marci 15. v. 40. dicitur: erant autem mulieres de longe aspicientes inter quas erat Maria Magdalene et Maria Iacobi minoris et Ioseph Mater et Salome: ergo iam habemus ex historia passionis domini duas fuisse Magdalenas, unam iuxta crucem dominum stantem, alteram de longe aspicientem cum aliis mulieribus.

Resp. mulieres utrobique nominatas easdem omnino fuisse: nam Maria Cleophae eadem est ac Maria Iacobi et Ioseph mater, cum enim ipsa nupta esset Cleofe fratri sancti Ioseph, eique inter alios duos illos filios Iacobum et Ioseph genuerit, iam a viro iam a filiis hoc nomen accipiebat. Mater vero filiorum Zebedaei, de qua Matthaeus, nomine proprio vocabatur Salome, ut Marcus observabit: ac proinde ex hoc potius concluditur Mariam Magdalenam utrobique positam eandem fuisse mulierem; cum vero mulieres istae a Ioanne dicantur stare prope crucem, apud Matthaeum vero et Marcum de longe aspicere, hanc Augustinus rationem reddit, quod scilicet diverso modo et prope erant et longe: longe quidem turba ... admitebatur, qui eum custodiebant et turba quae convicia in eum iactabat; prope quia patientem Christum videre poterant, et eum loquentem exaudire

Possum etiam dicere digrediendo quod tempora prius mulierum a longe steterunt, deinde erecta cruce, se illi appropinquarunt, ut ait Teophilatus. Demum verum contradicit, hoc mulieres primo stetisse iuxta crucem quamdiu xpus vixit, eo autem mortuo longe a cruce accessisse turbas forte iudeorum et militum frequentes. Alia argumenta quae ex istoria resurrectionis peti possunt ut plurimum suadere possunt diversos fuisse mulierum adventus ad sepulcrum aut diversas xpi apparitiones magdalene factas, ideoque hec ad hunc locum reservamus.

Ita soror Lazari quae Ioannis 12 v. 3 unxit pedes xpi fuit ea ipsa mulier quae Mathei 26 v. 7 et Marci 14 v. 3 unxit caput domini. Haec tum probata relinquetur. Dicere statuimus conbibimus utrobique narratas idem fuisse et unctiones easdem, hoc autem ex textu colatione conficitur. Utraque enim unctio dicitur facta in Betania et facta iuxta festo pasche et instante passionis et mortis xpi tempore. In utraque unctione nominatur idem genus unguenti quod dicitur fuisse nardi pistici pretiosi, et tam apud Marcum quam apud Ioannem extimatur unguentum eodem precio, nempe trecentis denariis. In utraque iterum unctione commemoratur eadem vituperatio et reprensio effusionis illius unguenti ab aliquibus facta et eadem atque eisdem verbis refertur illius defensio, et laudatio quam fecit xpus. Eandem similiter unctionem quam refert Ioannes audiverunt discipuli xpum reprendisse Iudam eo quod vituperasset effusionem unguenti, nullo modo quo biduo post in unctione de qua Mathei et Marci ausi fuissent discipuli effusionem unguenti quam mulier illa fecerat impugnare. Debet ergo dici istorias a tribus evangelistis narratas easdem fuisse.

Obiicitur inter unctiones de qua Ioannes et illas de qua Mathei et Marci 5 discrimina reperiuntur quae videntur suadere hec fuisse diversas. Primo quia illa unctio apud Ioannem dicta est 6 diebus ante pascha, ista vero apud Matheum et Marcum biduo ante pascha, ut ex eorum narratione constat. 2o. unctio illa apud Ioannem facta est in domo Marte siquidem Marta in cena illa ministrabat, ista vero apud Matheum et

Maria facta e in domo Simonis leprosi ut ipsi scribunt. 3o. Marcus capite vero mulieris, que xpm unxit exprimit, alii tacuerunt. 4 Mulier illa apud Lucam unxit solos pedes domini, at vero apud Matheum et Marcum solum caput. 5 Mateus et Marcus aiunt discipulos murmurasse de effusione unguenti. Marcus autem solum Iudam murmurasse scribit. ergo diverse unctiones fuerunt.

Hec omnia argumenta facile absens solvuntur ad 1m. dico, cenam illam et unctionem vere contigisse 6 diebus ante pascha ut Marcus Mateus vero et Marcus conviviis illud per recapitulationem narraverunt non servato ordine temporis nam cum dixit post biduum pascha fiat convenerunt 6 diebus ante pascha facta fuerant que antea quia nulla erat occasio non scripserant Nunc vero ideo narrant, ut declarent qua occasione inductus Iudas xpm vendiderit. doluit enim perisse sibi precium trecentorum denariorum illius unguenti quo dominus fuerat unctus et avaritia excecatus magnam speratus mercedem a iudeis ivit ad eos, et pacta mercede xpi proditionem promisit.

Ad 2m. dico cenam illam non esse factam in domo Marte, sed in domo Simonis leprosi, unde quod Marcus ait fecerunt ergo ei cenam non est intelligendum de Marta et Lazaro sed sensus est, cum xps esset in betania facta est ei cena in eo loco, vel civibus betanie, vel ab aliis amicis suis et precipue a simone leproso in domo sua, nec obstat quod in ea cena Marta ministrabat ministrabat enim vel quia vicina erat vel quia cognata aut familiaris Simonis sicut ibidem ungebat xpm Maria, et discumbebat Lazarus. 3m. argumentum leve est. sepe enim nomina propria personarum que ab uno evangelista tacentur ab altero exprimuntur. ut patet Luce 24 cap. 18. Cola... Marci 16 cap. ad 4m. dico Magdalenam unxisse primum pedes xpi deinde fracto alabastro caput eius unxisse hoc Mateus et Marcus retulerunt, illud vero ipsi omiserant recensuit Marcus Ad 5m. dico illud Murmurabant Pariter de iuda intelligi est enim enallage numeri, et ponitur plurale pro singulari. alii dicunt Iudam cepisse murmurare, fuisse que murmuris incensorem de sed deinceps alios apostolos ad idem affectu miserationis in pauperes excitasse ita sanctus Augustinus Cornelius et alii. Disp. de ultimo paschate a xpo domino celebrato

DPT

De ultimo paschate a Christo domino celebrato D. 3a

Quoniam in historiam passionis domini enucleandam properamus, multa precedenti disputatione praetermittere omnimus, si enim in illis diucius laboraremus ad ea que superius agitanda sine dubio tempus deficeret. hanc autem disputationem, quod questiones contineat difficiles ultimas alteri de passione Christi premisimus, in ea que quidquid in evangeliis circa dictum pascha continetur difficile diligenti studio denodare et declarare curabimus

Quaestio 1a. an Christus dominus agnum comederit die 14a mensis

CAPUT

An Christus dominus agnum comederit die 14a mensis supposito quod Christus eo anno quo mortuus est pascha iudeorum celebraverit quod ex Mateo 26. Marci 14. Luce 22 adeo manifeste colligitur ut oppositum affirmari sit hereticum, restat maxima difficultas de die quo dominus agnum comederit. agni enim imolatio et comestio pasche celebratio dicitur. est autem patrum grecorum communis opinio Christum dominum celebrasse pascha legale die 13a seu luna 13a mensis idest Marcii, qui ab ebreis dicitur Nisan, ac proinde non ipso die a lege statuto imolasse agnum sed uno die antea. ita Eutimius Matei 26. Theophilactus Lucas 18 Nicephorus lib. 10 historie cap. 28 et ante eos Origenes tractatu 35 in Mateum. citantur eciam pro hac opinione Crisostomus et Epiphanius de quibus non postea. Moreo tamen Epiphanius docuisse Christum biduo ante tempus a lege prescriptum pascha celebrasse. porro ex hac antiquorum opinione quam illi aliqua tunc probabilitate docebant Recentiorum grecorum natus est error, qui non solum docent Christum non in acimo sed in fermentato consecrasse sed eciam latinos non perficere verum sacramentum eo quod in acimo consecrare contendunt.

Hanc grecorum opinionem facile impugnabo si prius aliqua supposuero. Suppono igitur 1o. pascha iuxta legem debere imolari die 14a primi mensis ebreorum quem ebrei vocabant Nisan et nostro Marcio correspondet. constat ex Exodi 12 et 16 et Levitici 23 cap. mense 1o quarta

decima die mensis ad vesperas phase domini e. hinc tunc
mensis solares erant celebrabatur die 14 mensis 1 sine aliquo
respectu ad lunam, si vero menses lunares erant debebat
imolari agnus luna 14 idem die 14 lune propinquiori
verno equinoccio reputatis diebus anno bisextio. Constat autem
tempore xpi domini solemnitatem ebreorum et in primis pascha
14. lune cursu celebrari, ac proinde agnum comedebant ad ves
peras lune 14e mensis nisan.

Suppono 2o. dies azimorum propie 7.
tantum esse ut constat exodi 12 v. 15 ubique pluribus locis in
quibus clare precipitur 7. diebus azima comedetis. incipie
bat autem azimorum usus a vespera diei 14 et durabat usque ad
vesperas diei 21 eiusdem mensis 1 ut clare precipitur exodi 12
v. 18. 1o mense quarta decima die mensis ad vesperas comedetis
azima usque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperas
hinc constat ante agni paschalis imolacionem omne fer
mentatum longe abiciendum ab israelitarum domibus, nam statim
post horam nonam diei 14e. reiecto pane fermentato disponebantur
ebrei ad agnum imolandum, et cum pane azimo comedendum.

Suppono 3o. dies
1a azimorum propie esse diem 15. 1 mensis ut patet levitici 23
v. 5. et numerorum 28. v. 16. mense autem 1o. quarta decima die
mensis phase domini e et 15a. quinta decima die solemni
tas azimorum que tunc dies ista 15 erat solemnis et festiva et
apud ebreos solemnes dies incipiebant a vespera antecedentis
diei levitici 23 v. 32 ideo vespera diei 14e in qua comedebatur
agnus et incipiebant azima pertinebat ad diem 15. tanquam
principium diei vel solemnitatis azimorum. Ob hanc causam si dies
naturales attendamus dicere debemus diem 14. esse diem 1a. azimo
rum, siquidem tunc ad vesperas incipiebant azimis vesci ebrei
si vero attendamus dies sacros et festivos ut propie loquendo
attendendi sunt in solemnitatibus ebreorum dicemus sine dubio
diem 1a. azimorum non esse 14. sed 15. 1 mensis his ergo premissis
positis

Dicendum e xpum dominum legitimo tempore celebrasse
pascha nempe luna 14a. 1 mensis non 13a. ut dicebant greci
ita latine eclesie per quos Gr. 22 v. 20. referemur d. 20. quia
ex evangelistis clare constat 1a. die azimorum missos esse di
scipulos a xpo ut pararent ei pascha Mathei 26. v. 17 prima
autem die azimorum accesserunt discipuli ad iesum dicentes

Ubi vis paremus tibi comedere pascha deinde v. 20 subdit: vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis utique vespera illius i diei azimorum. Hinc [illegible] cum gratia [illegible] Et Lucas c. 22 v. 7 azimi 14 die azimorum nunquam potest dici dies 13a. vespera vero diei 14 que a lege destinata erat pro comedendo agno et incipiendis azimis: ergo nullo modo potest dici Christus comedisse agnum ante legitimum tempus vespere 13a. quando quo greci dicunt. Sed solutio 14a.

Ad 2. Christus dominus pascha celebravit eo die quo celebrandum erat ex lege; pascha autem ex lege immolari debebat die 14a. mensis ad vesperam ut supra notavit, et ipsi greci [illegible] concedunt: ergo eo die 14a. seu luna 14a. immolavit Christus pascha. Maior constat ex Marci 14 v. 12 et primo die azimorum quo pascha immolabant id est immolare debebant. Clarius Luce 22 v. 7 venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha utique necesse erat ita quia ita disponebat lex: ergo ipso die 14a. a lege statuto immolavit Christus pascha; non autem die 13o. modo a grecis dicto. Nullo modo dici potest necesse esse immolare pascha.

Ad 3. nullo modo credibile est Christus dominum qui in omnibus fuerat legis observantissimus, nunc in ultima vite periodo constitutum voluisse legis parvipensa legitimum tempus celebrationis pasche non observare sed illum antevertere; scandalum enim prebuisset discipulis ac presertim Iude et ipsi quidem Iudeorum pontifices ansam inde arripuissent hunc quasi contemptorem legis calumniandi si ante diem a lege determinatum agnum comedere, que omnia cum absurda sint et nulla fuerit necessitas diem anticipandi dicendum est die 14a. a lege statuta pascha celebrasse.

Hinc colligitur contra grecos Christum non in fermentato sed in azimo consecrasse et eucaristiam instituisse quia ut dixi celebravit pascha in vespera diei 14a. quo die precipiebat lex panes fermentatos e domibus hebreorum ablegandos Exodi 12 v. 19 Christus autem post esum agni paschalis sumens aliquem ex panibus qui in mensa erant illum consecravit: ergo cum illi azimi essent non possent esse fermentati totis diebus sequentibus sed Christus in azimo consecravit. Argumenta autem grecorum que contra hanc sententiam fieri poterant que precipue desumpta sunt ex Marci 13 et Jo. 13.

d. 28. et c. 19 art., nos c. 3. pro nostra sententia expendimus c. 21. an Christus pascha celebraverit in priori vespera diei 14. an in posteriori eo

CAPUT 2

An Christus pascha celebraverit in priori vespera an in posteriori. et alia

Controversia praesens ventilatur inter Latinos doctores. supposito enim quod Christus dominus die ipso a lege statuto pascha celebraverit fuit dies 14 quaerimus nunc, an comederit agnum in priori vespera diei 14 an potius in posteriori vespera illius diei. Ratio dubitandi providerit ex eo quod dies festi apud Hebraeos celebrabantur a vespera usque ad vesperas celebris diei 23 v. 32 ac proinde prior vespera diei 14 erat posterior pars diei 13. post meridiem enim diei antecedentis iam adventante inclinante incipiebat in vespera diei sequentis, vespera vero posterior diei 14 erat ultima pars illius diei a meridie usque ad occasum solis. dubitatur ergo in qua vespera diei 14 Christus comederit agnum seu celebraverit pascha.

Duae sunt sententiae 1a. ait in priori vespera diei 14 agnum debere immolari ex legem ac proinde tam Iudaeos quam Christum in ea pascha celebrare. ita Oleaster in c. 23 Levitici [illegible] in c. 12 Lucae Lucius Legionensis in opusculo de legitimo tempore immolationis agni. Montoya in libro annotationum [illegible] citantur alii [illegible]. 2a. sententia docet in posteriori vespera diei ultimae lunae 14 Christum dominum pascha celebrasse legitimo quidem tempore a lege statuto ita sancti Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, et alii patres quos citat et sequitur c. 90 de tempore c. 30. Abulensis quoque in c. 12. Exodi et ibidem [illegible] Dionis. Carthus. Perer. Corne. et alii expositores. S. Th. 3a parte q. 46 art. 9 ad 1. ubi nota Dei communiter maxime [illegible] d. 41 s. 2. Etiam quae tomo 3o in 3a. parte d. 1. c. 2. 6 et alii.

Dicendum est cum 2a. sententia Christum dominum iuxta praeceptum legis celebrasse pascha die 14. in vespera posteriori illius diei vesperam. 1a. certum est apud utrosque sententiae doctores Christum celebrasse pascha in illa vespera diei 14 in qua lex praecipiebat immolari. sed lex praecipiebat celebrari pascha in posteriori vespera diei 14

q° in illa incipit quae pascha. Minor probatur 10. exodi 12 v. 6 et 18. leuitici 23 v. 5. ubi eorum q. v. 3 praecipitur immolari pascha ad vesperam diei 14. vespera autem absolute, et nullo addito finem diei significat in sacra scriptura, ut manifeste constat genesis 30. v. 16 exodi 18 v. 13. et 14, iudicum 19 v. 9. Ieremiae 6. v. 4. aliisque consimilibus in locis nullibi vero inuenitur significare diei initium ergo in fine diei 14. deinde in posteriori illius vespera praecipiebat lex celebrari pascha.

Respondet Lucius Legionensis hanc vocem vespera significare quidem diei finem si sermo est de die naturali at si de die festo et sacro addit posse significare promisque principium et finem illius quae leuitici 23. v. 32 praecipit deus ebreis ut suos dies festos a vespera usque ad vesperam celebrent quo loci illud a vespera diei significat principium. Contra 10. quia licet ebreorum festa celebrari praecipiantur a vespera usque ad vesperam tamen illud a vespera idem est atque a nocte procedentis diei ut ipso loco leuitici manifestum est ubi cum moises dixisset: affligetis animas vestras die 9 addidit statim. a vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra certum est diem quem ibi praecipit in ieiunio transigere esse diem expiationis qui erat die 10. mensis ut v. 27 dicit quia vero ieiunales et afflictio a vespera incipiebat, ne quis putaret debere intelligi a vespera diei decimi id est a fine illius diei noluit dicere ut ad vesperam diei decimi ieiunium inciperet sed dixit. affligetis animas vestras die 9 ut ne intelligeremus solo die nono affligendas turbandas addidit. a vespera usque ad vesperam id est a vespera diei 9 usque ad vesperam diei decimi ieiunandum ergo evidenter concludit per vesperam finem diei semper intelligi

Contra 20 quia exodi 12 v. 18 praecipitur azyma comedantur a vespera di 14. usque ad vesperam di 21. ubi per vesperam diei 21 nullus intellexit priorem illius vesperam quae diei vigesimi terminus quamvis ipse dies 21. esset solemnis et festus, si enim prior illius diei vespera intelligeretur videretur quod azyma non comedebantur ipso die 21. cum in fine diei vigesimi finita essent quod est contra scripturam ergo similiter vespera diei 14 dato quod ille dies festus esset non potest alio intelligi nisi vespera posterior quae illius diei finis est.

Ergo nostra cto ibe prima viii quia agnus imolatus est in illa 48
vespera diei et quam excepit dies 15. sed vespera post quam
immediate sequitur dies 15. est sine dubio posterior vespera diei
14. ergo in posteriori vespera illius diei agnus imolatus est in
egipto in illa silicet in qua lex precipiebat Maiori ergo quod
in eadem nocte evelserit in sequenti mane in qua ebrei
agnum manducaverant exierunt ipsi de egipto certi perangentur
gelus Egyptiorum primogenitis ut manifeste colligitur exodi 12 v. 12
90 et 5 deuteronomii 16 v. et numerorum 33 v. 4; certum est antes
ebreos exire de egipto die 15. ut in proprio loco numerorum dicitur
ergo in vespera que antecedit diem 15. imolatus est agnus agno
inde in fine diei 14.

Ad 30. nec eo tempore quidem agni imo
lationes precipiebat ebreis in egipto nullus adhuc precep
tus erat de observandis festis datum, neque festivis in eadem
celebracione observandus traditus erat. hec enim omnia
post legem datam facta sunt; ergo tunc temporis nullus dies
incipiebat a vespera seu quod idem nullus abebat priorem ves
peram sed omnes incipientes a mane vespera claudebantur
preceptum enim de diebus festis a vespera diei preceden
tis incipiendis. tunc ebreis datum est cum festa instituta sunt
levitici 23 v. 32. atqui tempore exitus quo nullus dies in
cipiebat a vespera preceptum fuit ut agnus imolaretur
ad vesperam diei 14 ergo preceptum fuit ut imolaretur ad finem diei
14 seu ad posteriorem illius diei vesperam, quod vero ante
legem datam nunquam vespera pro diei initio sumeretur ex
eo manifeste convincitur quod semper in genesi et in
exodo sumatur vespera pro posteriori diei parte.

Ad 4. dies
14 in quo agnus imolabatur non erat dies festus apud ebreos ergo non
abebat vesperam priorem et posteriorem hoc enim proprium erat
dierum solemnium ut ipsi adversarii testantur ac proinde
unam solam vesperam abebat, nempe posteriorem in qua agnus
erat imolandus. Ant. probatur tum quia nunquam dicitur institutum
diem 14 fuisse festum. unde in capite 12 exodi ubi exprofesso ins
titucio pasche et azimorum describitur dies 15. et 21. azimorum
nempe et 21. dicuntur solemnes et festi. de die vero 14 nihil
tale dicitur. tum quia levitici 23 ubi omnes dies festi ab ebre
orum recensentur in libro numero, non ponitur dies 14, imo ipsius

dies illum non esse festivum cap. 23: mense 1o. 14 die mensis ad vesperam Phase domini est et quintadecima die mensis huius solemnitas azimorum. Idem patet numerorum 28. ubi cum sacrificia diebus festis offerenda recenseantur nullum extraordinarium ponitur faciendum die 14 quo significatur diem illum non esse festivum, nam ut Iosephus scribit lib. 3 antiquitatum nullum festum servabatur apud ebreos absque speciali sacrificiorum oblatione. Itaque dies 14. nil habebat solemne sed solum in illius diei vespera imolabatur agnus, et ex eo tempore incipiebat solemnitas diei 15. de

Dico 5o specialiter de paschate a Christo domino celebrato, nam ex tribus primis evangelistis constat discipulos prima die azimorum accessisse ad Christum eique dixisse: ubi vis paremus tibi comedere pascha. Constat autem ex legis scriptis diem 1m azimorum fuisse vel 14m finientem vel 15m incipientem, lib. levitici 23 cap. et numerorum 28. v. 17 ac proinde dies 14. poterat dici dies 1a. azimorum quia in fine illius diei azima incipiebant: cum ergo dicitur posuit discipulos accessisse ad Christum die 15 debet dici accessisse ad eum die 14. quae dicitur prima azimorum; si autem in die 14 ad eum accesserunt et in eodem illo die paraverunt pascha sequitur quod in posteriori vespera illius diei imolarunt agnum nam si in priori vespera diei 14 agnus comedebatur oportebat parare cenam agni ante priorem illam vesperam tempore die 13 ut manifestum est

Quod si dicas discipulos de paranda cena paschali rogasse dominum die 13 concedas necesse est diem 13m vocari 1a. diem azimorum, evangelistae enim diem quo rogarunt discipuli dominum 1m. azimorum appelant, hoc autem in quantum est in vero absurdum. nam si dies 13 1a. azimorum dies erat sequitur dies azimorum ex lege aut fuisse octo inceptos aut saltem 8. omnino completos, tot enim sunt inter vesperam diei 13 et vesperam diei 21 quando azima finiebantur; at qui manifestum est dies azimorum a lege praeceptos tantum fuisse septem ut dicitur exodi 12 levitici 23 numerorum 28. deuteronomi 16 et aliis in locis: ergo necesse est asserere die 14a accessisse discipulos ad Christum ut ad vesperam sequentem quando incipiebant azima possent parare pascha

Obiicies 1o. diei ebreorum

presertim festi incipiebant a bespera unius diei natali 49
et toto mane sequentis diei ante besperam illius claudeban
tur. unde bespera in scriptura in assignandis diebus festis non finem
sed principium diei significat: quod cum agnus paschalis immola
ndus esset die 14 ad besperam iuxta ebreorum computacionem sequi
tur in priori illius diei bespera immolandum esse. hunc autem
morem computandi dies ut a bespera inicium ducerent deum
esse videntur ebrei ex illo genesis 1o c°. et factum est bespere et
mane dies unus. ubi bespera ponitur in noctis diei seu pro
inicio

illi Hebrei post ad n[ostr]i veniendam duplicem lunam 14. ac celebrit
agni paschalis destinatam, sic ut in una ab uniis in altera ab aliis
immolaretur agnus

39. ex sancto epiphanio heresi 51. ubi postquam dixit
falso quidem Christum celebrasse pascha feria 3. biduo ante legitimum
tempus, sacerdotes vero iudeos uno die post Christum addit haec verba
ad nostram sententiam accommodata: Ceterum hebdomada illa feria 3. ad by
operam comprehensus est quae erat luna 12 nocturna 16. calendas
aprilis. 4. feria hebdomadaque luna 12. nocturna 15. calendas
5. feria vespertina diurna nocturna vero 14. 14. calendas aprilis
Paraceve 14. 15 nocturna 14. calendas (legendum est 13.) aprilis sa
bati 15. nocturna duodecimo calendas aprilis. ideo locum istum
epiphanii difficilem esse et fortasse emendationem potius quam inter
pretationem requirere ut gesleru, et petavius et vucherius agno
cunt, semper tamen sententiam nostram valide confirmat, statuit
enim duplicem diem lunae 14. nempe feriam 5. et feriam 6. ve
ut quae primum 14. iudaici cycli lunam, atque in agni cena
respondeat sibi duo ut putat ea praebentibus cum feria 5.
porri sacerdotibus vero et fariseis posteriorem lunam 14. observando
quae in feria 6. incidebat. pro hac hebdomada sententia stant ut videtur cum
tolus alexandrinus in canone paschali quem vucherius edidit pagi
na ~~144~~. et sanctus anselmus, in caput 27 matei cuius verba refer
re vacant.

40. id ipsum iudei odierni observant dicentes se ita a ma
ioribus accepisse, nempe a nostra ut plurimus testatur paulus middelburg
gensis superacitatus dicens: animadvertendum est quod post secunda
migrationem babilonis omnia legis festa solemnia quae lunae erant
consecutis duobus diebus continuis observabantur. qua de re
ne iudei in solemnitate festi paschalis celebranda errarent
statuerunt festum pascha duobus diebus continuis observan
dum esse, ut si forte in uno erraverint commissum errorem
in altero emendarent. hos autem duos dies pro uno compu
tabant sicut ac tempestate faciunt romani in observatio
ne bisexti qui iuxta cesaris constitutionem, quarto quo
que anno duos dies appellatos bisextos pro uno computant
quin immo ut inquito senatus iuris consultus. siquis natus
est 6. calendas martias nihil refert utrum priore an pos
teriore die natus sit cum in illo biduum pro uno tantum
die habeatur, et uterque eorum vocatur 6. calendas martii

eodem modo duo festa paschalia ab iudeis tunc observata 62
pro uno die computarentur, et duobus diebus continuis luna
dicebatur 14 a Petavio ille et deinde refert testimonium Rabi Saba
et aliorum iudaeorum. eadem observabit Herbarsius in chronologia
nobis cap. 277. Iansenius quoque cap. 128. anno mortis Christi du-
plicem lunam 14 agnoscit licet propter festorum translatio-
nem quod supra vidimus. Bucherius vero absolute nobiscum
sentit.

Quaeres an dies 15. azimorum qui festus erat seu an
luna 15 etiam duobus continuis diebus observaretur et similiter
dies 21. seu luna 22. et alii solemnes dies iudicii iudeorum
Pro paucitate supracitatum idque affirmare de omnibus
festis ebreorum, quae a luna cum pendebant, quaelibet
videntur fuisse omnia praeter Sabbata. Hoc ego sic explico, ut
quoad sacrificia seu olocausta a lege statuta in diebus
festis offerenda et similiter quoad epula et convivia in diebus
festis fieri solita, numeri 10. v. 10. et Ester 9. v. 27. duo con-
tinui dies dicerentur festi; quod attinet vero ad omnimodam
vacationem ab operibus servilibus non duo sed ultimus tantum
eorum qui a die 14. mensis ducebatur erat festus et colendus.
Neque hoc mirum, multi enim dicunt neomenias
apud ebreos fuisse quidem solemnes quoad attinet ad
sacrificia specialia a lege statuta, quoad attinet vero
ad vacationem ab operibus servilibus non fuisse diem festum.

Ratio vero cur illud affirmetur est quia duplex dies 15. solem-
nis et festus non potest concedi eo anno quo Christus mortuus est
vidimus iam supra feriam 6. in qua crucifixus est dominus non fuisse
observatam quantum ad vacationem ab operibus servilibus
atinde dies prima post sabatum seu dominica resurrectio-
nis observata non fuit ut constat Lucae 24. v. 1.; solum ergo sabatum
observatum est et in eo solo eo anno celebratum fuit festum solemne
azimorum. Idem dicendum verius de aliis solemnitatibus fuisse
quidem biduo observatas quantum ad olocausta a lege
statuta in festis quae in duobus continuis diebus offerebantur.
non tamen fuisse biduo observatas quantum ad vacationem
ab operibus servilibus; maximum enim gravamen populo
impositum esset ex mensium lunarium observatione, si tot
diebus ab operibus servilibus abstinere tenerentur.

Adnotandum vero

intentum de duplici die 14 imolationis agni convincendum satis est admittere dies festos et solemnes gemina celebritate peragi solitos quantum ad sacrificia et alia que opera servilia non impediebant qui cum agni paschalis imolatio fuerit sacrificium, speciali die a lege statutum oportuit ex hac doctrina gemino die lunari 14. imolari uno die ab unis alio die ab aliis. priorem delegit Christus cum multis aliis ut credo iudeis posteriorem sacerdotes pharisei atque templi ministri et hinc posteriorem excipiebat dies festus azimorum seu dies 15. qui revera 14. erat a die ipsorum docto calculo * Notare vero oportet a die 14. ad vesperam quo imolabatur agnus tempore esus azimorum usque ad diem 21. inclusive per 8. dies unus siquidem dies azimorum additus fuit propter geminam diem 14. et tamen habetur cum precedentibus non cum azimorum non erat res que opera servilia impediebat, ac proinde sicut una dies 14. additus fuit ita unus dies azimorum additus fuit.

Hinc constat in die 14. azimorum qui incipiebat ad vesperam illius diei 14, Christus comedit pascha. Propter hanc quo forte rationem iosephus lib. 2. antiquitatum cap. 9. alias 23. ait celebrari a iudeis 8 dies azimorum cum tamen in lege 7 tantum sint, sed hoc ita componitur dies naturales azimorum tempore Christi 8. erant propter geminam pasche diem: civiles vero, quos attendebat lex tantum 7. quia duplex dies 14. pro uno die civili computabatur. sic licet februarius anno bisextili habeat revera dies naturales ~~viginti novem~~ 29. tamen per decretum iulii cesaris et ista computatione romanorum nunquam habet dies civiles plures quam 28. quia duo dies bisextiles pro uno computantur et uterque vocatur 6. calendas martii ut docet Paulus Middelburgensis supra dictus cap. 7.

Solvuntur opposita argumenta.

CAPUT 9

Solvuntur opposita aliqua argumenta

Contra nostram sententiam hoc modo declaratam nil efficacie habere videntur argumenta illa que contra alios modos hanc declarandi fieri solent et possunt. nil ominus ut horum solutione magis dente nostre probabilitas elucescat hec proponam et solvam: Dicis primo. ex nostra sententia sequitur Christum

re vera celebrasse pascha luna 13 ac proinde comedit ad
sententiam grecorum quam supra reiecimus. sequela patet quia
pharisei et sacerdotes ut diximus celebrarunt pascha luna 14 nume-
rando diem a primo die mensis, christus autem agnum immo-
labit uno die ante iudeos ergo immolabit agnum luna 13.

Pro dicendo christus immolabit pascha luna 13 civili nego
naturali transeat, nec omnino etiam negari poterat, docet
enim paulus burgensis anno mortis christi verum novi
luminis contigisse ultima die mensis martii hora 19 ex quo
sequitur veram naturalem lunam 14 incidisse in ipsam feriam
5 qua christus agnum comedit sed quidquid sit de hoc dicimus
legem nullam mentionem fecisse diei lunaris 14 civilis vel
naturalis, sed tantum praecepisse immolare agnum nec die qui
apud ebreos dicebatur 14 primi mensis. tamen ergo ante diem
13 naturalis quam 14 dicebatur et erat apud ebreos luna 14 ci-
vilis; ac proinde licet christus immolaverit agnum die 13 naturali
vel iuxta computacionem vere tamen immolabit illum luna
14 civili et morali quam ebrei attendebant et praecipiebat
lex. unde longe absunt a grecorum sententia; greci enim di-
cunt christum uno die ante legitimum tempus immolasse
agnum nos dicimus christum luna 14 civili ac proinde legitimo
tempore agnum comedisse. quemadmodum si aliqua lex
aliquid faciendum praeciperet 6 calendas martii servaret illam
legem observaret anno bisextili, qui hoc non faceret vel die
24 vel 25 februarii.

Obiectio 20. communis sententia patrum docet
christum dominum immolatum die azimorum fuisse cruci fixum
ut videri potest apud suarez supra citatum; sed qui dies
festus et solemnis paschae, erat ille qui sequebatur post
immolacionem agni nempe dies 15 ergo fuit 15 occisus subsequentem
antequam agnum ipse et iudei comederunt. Respondeo non omnes patres id
asserere nostri enim sunt epiphanius chrisostomus ansel-
mus et alii de quibus quos refert [illegible] e beda apud glosam
in caput 23 lucae in fine tertulianus quoque lib contra
iudeos docet passionem christi perfectam esse primo die azi-
morum quo agnum ut occiderent a moise fuerat praeceptum
caput 12; intelligit ergo per 1 diem azimorum diem 14 et eandem
illam diem intelligunt multi alii ergo per diem festum paschae
quia ad vesperam illius incipiebat festivitas. Solve

Chemeny storan Coq. cont. tuuidori gra ait. ipso die listo do minnud huise Comprenso constat antē comprensū fuise Luna 14. ipsa nocte imolati agni, et sanctus leo papa sermone 9. de passione ait xpm crucifixum incipiente festivitate paschalis

Obiç 3°. si iudei n̄ comederunt agnum heade nocte qua xpus, sed sequenti neque proqual dominus crucifixus ē n̄ potuisent ioseph, et nicodemus corpus de cruce deponere ungere et sepelire racio ē quia corpora quod mortui alicuius corpus tangerent, et sepelirent manebant immundi nec poterant deinceps illa nocte pascha comedere ut patet numerorū 9. c. 6. ecce autem quidam inmundi super anima hominis qui n̄ poterant facere

pascha phare indie illo; ergo illi qui immundi erant super anima hominis idē super demortuo hoc corpore quod sepultare mandaberant n̄ poterant illo die pascha comedere neque id posent potent ioseph et nicodemus propter heande rōnē quinque ipsi nil timuerint accedere ad xpi dominum corpus illud deponere et sepelire sequitur iam nocte antea celebrase pascha cum allis iudeis, et cū xpo.

Rño, ex minimo ia nos supra admisa illa priori luna 14 n̄ solum xpum sed multos allios iudeos agnum comedise in quibus annerari posunt ioseph et nicodemus, nam et ipsi discipuli erant xpi et credibile ē illius exemplū secutos. deinde dico dispositum fuise in lege ut illi qui immundi erant ex contactu corporis demortui celebrarent pasche mense 2o. luna 14. ut patet eodem loco numerorum 9. c. 10. quinque ent obsequium sive pietatis domini corpus sepelire elegerunt ipsi n̄ comedere pascha healiacte sed sequenti mense tantum ne insignī illi debitaōnī deficerent. nam licet ne vera ex contactu sacri corporis ullam maculam contraheres prudenter tamen timere poteras nepharisseis et aliis inimicis xpi calumniantes si apparite celebracione illa nocte n̄ abstinebam.

Obiç 4. illa verba Matei 26 v. 2 scitis quia post biduum pascha fiet; nam illud pascha fiet ita ut tēa n̄ ut n̄ posit intelligi de paschate a solo xpo celebrando sed ab omnibus iudeis ergo omnes imolarint pascha post illud biduum neque headem nocte qua xpus et multis post biduum

Confir. ex Marci 14. v. 12: 1° die azimorum quo pascha immolabant dicunt [illegible] discipuli quo vis eamus et paremus tibi ut manduces pascha? Constat autem ad vesperam illius diei Xpum immolasse pascha; quod et reliqui [illegible] die immolabant.

Pro hac argutia in nostra sententia nil habere difficile cum enim dicamus duplicem diem fuisse legitime assignatam ad celebrandum pascha iuxta legem utrumque vero hunc diem pro uno civili et ut ita dicam ecclesiastico reputari recte potuit Xpus dicere post biduum pascha fiet vere enim post biduum pascha fiebat quia post biduum incipiebat agnus ab omnibus qui vellent immolari. recte etiam dicit Marcus quod pascha immolabant quod in illa prima die immolabant pascha iudei omnes qui nolebant illius mactationem in sequentem diem differre.

Instas 1°. Lucas c. 22. v. 7. ait: venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha, non fuisset autem necesse eo die occidi pascha si in diem sequentem poterant iudei hanc immolationem differe: quod non poterant. 2° Marcus loco supra citato et Mattaeus cap. 26. v. 17 dicunt discipulos accessisse ad Xpum 1a die azimorum, et interrogasse: ubi vis paremus tibi comedere pascha: quod dicebant cum posse insequentem diem agni immolationem transferri alioquin non sic erat solliciti de parando pascha de illo ipso die. Resp. sicut duplex luna [illegible] pro uno die civili et morali reputabatur, itaque dies illa poterat dici 1a dies azimorum necesse autem erat occidi pascha in uno ex illis diebus qui sub nomine 1i diei azimorum intelligebantur, ac proinde recte ait Lucas in 1a die azimorum necesse esse occidi pascha sic nos dicimus preceptum esse christianis communicare in paschate quin nomine paschalis [illegible] tempus intelligamus. Ad 2am instantiam dico discipulos fuisse sollicitos de parando paschate die illo quia sciebant communiter ipso populo hoc die agnum comedi, reservato sequenti sacerdotibus aliisque templi et sinagoge ministris. Adde primus Xpus dixisse discipulis ut illi pararent pascha ut constat ex Luce 22 v. 7. posquam vero Xpus illis dixit ut illi pararent locum in quo pascha manducare, nil mirum hos fuisse sollicitos pro disponendo paschate illo die.

Obj. 4. illo die quo iudei mortem fecerunt Xpo

morti simul curarunt liberacione Barabe hec q. obtinuerunt, sed
hoc posteriss in die festo stari +-
in die festo pasche pro et prius dicere in die festo dominica cui
texy e sequitur ypus et iudeos omnes antecedente nocte agnum
comedisse. Minor pr. Luc. 23 v. 17. dicitur: necesse autem abebat dimi
tere eis per dies festum unum. et Marci 15. v. 6. per dies autem festum
solebat dimittere eis unum ex vinctis. ide constat Mattei 27. v.
n potest autem eo loco dici dies festus et solemnis nisi primus
dies azimorum nam per dies festum intelligere biliam videtur
manifesta vis litere inferri

Ro. negans mai. ad probore dico illud
per dies festum idem significare ac propter dies festum sic enim
et praepositio per sumitur proverbiorum 30. v. 21. per tria movetur terra
id est propter tria. et Sapie 8. v. 13. abebo per hanc imortali
tatem id est propter hanc ut patet ex v. 10. hinc Joannis 18. v. 39.
dicit, dixisse pilatum: est autem consuetudo vobis ut unum dimittam
vobis in pascha id est propter pascha. sic enim sumitur in multis
locis et aliis et sepe alibi. docent quod evangeliste propter dies festi
solicitos fuisse pro fidem unum vinctum dimittere, siquidem ipso
festo sed festi vigilia, sicut etiam modo consuetudo viget vinctos
de carcere liberare non ipso die festo nativitatis vel pasche, sed
in eorum vigilia.

Obiicies 6. si aliqui iudei uno die alii alio
pascha celebrarent magna esset deinde etiam in populo per
turbatio in computatione aliorum dierum solemnium que ex
hac festivitate pendebant nempe in celebritate pente
costes que debebat fieri post 50 dies quidam enim uno, qui
dam vero alio modo illos dies 50 computarent quam con
fusionem ut vitemus debemus dicere omnes tantum lu
na 14. immolationi agni fuisse prestamus. Ro. ex duplici
luna 14. nulla perturbationem oriri in computatione dierum,
pentecostes nam licet due erant lune 14. celebratione agni
destinati tamen dies festus et solemnis pasche semper obser
vabatur post 14. lunam 14. nempe postquam ~~agni~~ omnes iudei
illo biduo agnum immolaverant dies sequens qui erat 15.
a 15 die mensis dicto calculo erat dies festus pasche. Lex vero
Levitici 23. v. 15. disponebat ut a die sequenti post festum azimo
rum numerarentur dies 50. et ultimus illorum esset dies pen
tecostes ac proinde sine perturbatione aliqua dies pente
costes celebrabatur. his positis duplices dies fuisse assignatos

celebrationi pentecostes et aliorum festorum non quia in utroque
vacarent ebrei ab operibus servilibus hoc enim tantum in io die
observabatur, sed quia in utroque die eadem solemnia sacrificia obse
rvabantur, unusquisque ergo ex his modis anno festo paschae poterat
disputari eo modo quo duplex luna xiv. eiusque solemni die neome
nie absque confusione ducebatur. Cap. 6. reliqua dubia circa ulti
mum pascha a Christo celebratum.

CAPUT 6

Reliqua dubia circa ultimum pascha a Christo celebratum

Quaeritur 10. an Christus stans an sedens agnum comederit. non stetisse sed sedisse
aut accubuisse in cena agni volunt Caietanus Pererius Ribera Ma
rus et alii. Vero similius tamen est Christum in cena paschali sed come
dendo agnum non discubuisse sed stetisse ita Theophilus Catharinus Euthymius Tole
tus Salmeron Gradochatus Cornel. et alii. Tum quia agnum non sedenti
bus aut discumbentibus sed astantibus comedebatur ex lege, Christus autem
diligentissime legem observabit: ergo stans agnum comedit. Maior probatur
2. quia ita docet Philo iudaeus qui id vidit et observabit nam
lib. de sacrificio Abel et Cain ait: praeceptum est ut accincti lumbos
pascha celebrent expediti ad ministrandum et induti calceamenta
stent que vecti firmatis pedibus. 2o id colligitur ex cap. 12. Exodi
v. 11: sic autem comedetis illum renes vestros accingetis et cal
ceamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus et
comedetis festinanter est enim phase id est transitus domini.
Eorum autem accincti renibus calceati et innixi baculis comede
bant nisi stantes comederent 3. Solus enim vestis situs corpo
ris incommodendo multo melius quam reliqua omnia festinatio
nem designabat, et quidem festinantis et baculum viatoris tene
ntes non est discumbere aut sedere sed stare.

Obiic. Matthaei 26. v. 20. di
citur: vespere autem facto discumbebat cum ... ut agnum comede
ret. et Lucae 22. v. 14. et cum iam facta esset hora discubuit
ergo non stans manducabit agnum idem colligitur ex Ioannis 13.
v. 4. et 12. Resp. usum fuisse a Christo iudaeos in omnibus cenis et pran
diis accumbere itaque accidere ad mensam accumbere usitata
voce dicebatur, sicut et latine dicimus mensae accumbere
cum tamen sedeamus. Evangelistae ergo et si verbo accumbendi usitato
tunc usurpaverint noluerunt tamen significare Christum debere recumbere
sed ad mensam accessisse atque cenasse quocumque corporis situ
fecerit textus vero Ioannis non obstat quia ibi loquitur de cena
agni sed de cena communi ut postea dicam

Queritur quo tempore Xpus labit pedes discipulorum. Dico 1o.
Xpus non labit discipulorum pedes ante finitam cenam agni. Pr. 1o. go
Ioannis cap. 13. v. 2 ait Xpum cena facta id est post cenam labis-
se discipulorum pedes quod tamen intelligi debet de cena agni que iam
finita fuit. 2o ipse Ioannes v. 4. ait Xpus surrexisse a cena ad labandos
pedes ex quo constat ante inceptam cenam agni illorum labisse.
Deinde nec pedes labit durante cena agni nam expresse legis ag-
nus festinanter comedendus erat quod non observaret Xpus si illorum
durante pedes labisset in quo necessario longi temporis spatium
consumendum erat. Restat ergo ut alterum ante finitam cenam agni la-
bisse pedes.

Dico labisse Xpum pedes discipulorum ante institutionem Eucha-
ristie. Pr. 1o. quia sensus ecclesie semper est lotionem pedum fuisse prepara-
tionem ad eucaristiam ut eo facto quanta puritate ad tremendum
sacrum nos accedere deberemus ostenderet. 2o. Iudas interfuit
lotioni pedum ut patet ex v. 10. 18. et 26. non interfuit autem
institutioni eucaristie recessit ante illam de cenaculo ut postea
queremus dico: ergo lotio pedum fuit ante eucaristiam. 3o. post
quam Xpus labit pedes discipulorum iterum discubuit et manduca-
bit Ioannis 13. v. 12. et 26. at eucaristia omnino iam cena finita insti-
tuta est ut constat Luce 22 v. 19. et 20. et 1a. Corinthiorum 11 v. 24. et
ergo ante eius institutionem contigit lotio pedum.

Dico 3o. Xpus labit
pedes discipulorum incepta quidem non dum tamen finita communi cena
ita S. Augustinus, Toletus, Cerci. in cap. 13. Ioannis disp. 12. et alii. Pr.
ergo Ioannes ait Xpum surrexisse a cena ut labaret discipulorum pe-
des ergo iam accubuerat vel sederet ut cenaret non quidem in cena agni
nam in hac stetit ergo in cena communi. Deinde post lotionem pedum
ait Ioannes Dominum iterum recubuisse et cenasse cum discipulis et
v. 26. panem intinctum porrexit inde que buccella cum intincta
erat non pertinebat ad cenam agni quia tantum assus comedi pote-
rat Exodi 12. neque buccella illa erat eucaristia ut postea
ostendam: ergo pertinebat ad cenam communem, sicque ita incepta
necdum finita labit Xpus pedes.

Hinc colligitur tres ea nocte processisse
genera cenas, primo cena agni que dicitur cena legalis et hec
fuit omnis 1a. post hanc fuit cena communis que aliis etiam aliis
diebus dari solebat neque enim agnus anniculus sufficiens cena
videbatur in tam celebri precepti nocte et incepta ac communi cena
ideo ante illius finem diximus lotionem pedum peractam.

post initas vero honeras cenas instituta fuit Eucaristia que tercia et omnium ultima cena dicitur. ideo vero Eucaristie institucionem ab allis cenis dividimus quia lucas et paulus locis supra relatis aierunt xpus postquam cenabit Eucaristiam instituisse

Queritur 3o an xpus et apostoli in ultima illa cena comederint sedentes an in lectis discumbentes cibum sumserint certum est apud persas moris fuisse in convibiis discumbere in lectis ut comederent constat ex to Ester cap. 1. v. 6. et cap. 7. v. 8. hunc morem apud romanos etiam vitatum certo ciet qui antiquos autores legerint, hunc etiam morem vel a persis vel a post a romanis acceptum se habere iudeos tempore xpi constat ex philone iudeo in vita Iosephe: iussit sedere fratres iuxta etatis ordinem, siquidem enim discumbendi mos prius erat immensus eius tempore iam receptus et ex Iosepho l. 6. de bello iudaico quo regia herodis ornata erat virorum receptaculis et cenaculis lectorum centum capacibus

Dicimus ergo xpum et apostolos in ea ultima cena non sedisse sed in lectis romanorum more discubuisse. ita Baronius anno xpi 34. Salmeron tomo nono tractatu 16. Barradius tomo 4. l. 2. cap. 7 Ferius in caput 13 Ioannis cap. 32. et alii maxime vero Baronius in lo. de triclinio romano ubi confirmat xpum et apostolos in tribus per circuitum mense lectis discubuisse ad quem intelligendum advertendum est quod cum tres deinde discumberint in eadem omnes patinam cogitabant manum ut colligitur Mathei 26 v. 23: qui intingit mecum manum in paropside hic me tradet. quod idem fuit addicere unus ex vobis tradet me. non enim illis verbis certum aliquem discumbentium designabit xpus quia omnes manum in parobsidem ex eo intingebant

Deinde hoc modo facile intelligitur potuisse ioannem in sinu xpi recumbere in illa cena, aliqui enim iste corporis situs indicium esset et rusticanus sedentes sicuti nos cenarent nigo sedebant sed recumbebant. romani enim in convibiis discumbebant in altis lectis seu thoris nudis pedibus ne lectos coinquinarent abluebant quoque. locorum racio in lectis unus erat in medio et hic erat locus precipuus et onoracius alter recumbebat in summo, alter in imo lecti sic ut qui in imo recumbebat posset caput reclinare supra pectus medii et hic supra supremum. solebant autem filii et dilecti in ima parte recumbere et hoc modo ioannes tamquam magis dilectus in imo lecti discubuit et potuit facile reclinare caput

supra sinum domini discumbentis in medio sicut etiam potuerat Christus caput reclinare supra pectus Christi recumbentis in sinu.

Denique si Christus sedens sicut nos consuevimus in conviviis comedere non posset Magdalena stans retro secus pedes eius illos osculari et ungere cum fecisse legimus Lucae 7. v. 38. sed potius ante ipsum provolutam in terram hoc facere debuisset significat ergo Christum in celato lecto nudatis pedibus modo dicto discubuisse. sic etiam in ultima cena lavit discipulorum pedes utique qui nudatis pedibus discumbebant.

Solebant etiam romani vestibus indui cenatoriis cum comederent quod etiam apud iudeos insitatum credibile est ex illa parabula Mathei 22. v. 11. de eo qui intraverat in convivium non habens vestem nuptialem ob quod iussus est eiici in tenebras exteriores. Ceterum ego non crederem Christum et discipulos vestes accepisse cenatorias ait enim Ioannes 13. v. 4. surgit a cena et posuit vestimenta sua et v. 12. postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua cum recubuisset iterum etc. suis ergo vestibus non veste cenatoria indutus discumbebat Christus. paupertati ac onestatis prefert vestis cenatoria super nudo corpore ut apud romanos usitatum erat aliquando. De balneo et unctione ante cenam nil certi habeo neque est improbabile illo usum Christum et discipulos inmo ut possunt reduci illa verba Ioannis 13 v. 10. qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet. quae significare videtur dominum Christum et ceteros prius quam discumberent lotos in balneo et unctione usitatam pertinere videtur illa domini verba quibus reprehendit fariseum Lucae 7. v. 44. et 46. oleo caput meum non unxisti aquam pedibus meis non dedisti potest tamen dici Christum et apostolos haec non fecisse imo ultro oblata non recepisse.

Quaeritur 4. cur Christus in ultima cena duplicem calicem discipulis obtulerit. Lucae cap. 22. duplicis calicis mentionem fieri videtur nam v. 17. inquit et accepto calice gratias egit et dixit accipite et dividite inter vos. deinde v. 19 recenset consecrationem panis et v. 20. iterum calicis meminit dicens: similiter et calicem postquam cenavit dicens hic est calix novum testamentum in sanguine meo etc. propter hoc dictum multi sentiunt duplicem calicem Christum discipulis in ultima cena obtulisse etiam utique meminisse Lucam. Alterum ipsum vetus paschalis

quo post cene agni finem inposuit ante initium sermonem gracias egit deo. alterum pro initio probe paschalis neque sui sanguinis populus. Ita Cardet. ibi Bellarmin. to. 2 deu caristia cap. 11. et cap. 12. idem docent Sanctus Hieronimus Beda Teofilactus dionisius Montanus et alii.

Probabilius tamen est minus tantum calicis meminisse Lucas et de sanguinis calice intelligenda esse omnia illius verba. ita S. Augustinus L. 3. de consensu cap. 1. Cultimus in cap. 26 Mattei et ibi Maldonatus Iansenius cap. 132 concordie Barradas tomo 4. L. 3 cap. 2. Suarez tomo 3. in 3am partem disp. 196 cap. 4. et alii. dicit illum calicem super quem gracias egit in medio cene dedisse discipulis non in principio. calix non porrigitur at in medio cene, ne est tamen illius christus neque gracias deo super calicem sibi gratis potius ille erat, non graciarum accio et bene diccio cibi, et potus Communis inicio cene solum premissa conveniebat non in medio non in fine ergo declarat Lucas neque benedicionem illam fuisse vulgatem neque potus calicis, benedixit ergo calicem illum quem consecrabit

2o. illa verba que narat Lucas in primo loco de calice pronunciasse christus: Dico enim vobis quod non bibam de generacione filii dozec impleatur in regno dei. hec insignia verba dicta sunt super calice consecrato, et post consecracionem sanguinis ut aperte tradunt Matteus cap. 26. a v. 29. et Marcus cap. 14. v. 25. ergo calix ille de quo ibi refert Lucas fuit calix sanguinis domini quamque duo calices consecrati non fuerint. eliquitur eciam apud Lucam unum tantum fuisse calicem memoratum.

Confirmatur quia Lucas nullam mencionem facit cum agni nec aziimi panis, neque dixit accepto pane aut agno gracias egit et dedit sed de calice hoc dixit qui alioquin in omni cena interior est cibo: cum ergo Lucas dicat illo calice accepto gracias egisse christum manifeste declarat calicem illum, ab agni cena separatum cuius non meminerat sed eum sanguinis sui calicem Unde cum postea de calice consecrato redit similiter et calicem in greco textu illum calicem dicitur illum scilicet de quo supra meminerat ut notavit Cultimus tandem Paulus 1a. Corinthiorum 10. v. 16. ait: calix benediccionis cui benedicimus non ne comunicacio sanguinis christi est quod utique

ex facto xpi desumpta fuit: at xpus gratias egit verba
iudiciores apposuit calici illi de quo lu. loquitur lucas ergo
calix ille fuit communicatio sanguinis xpi ut paulus loquitur

Hinc constat lucam praeoccupatione seu anticipatione prius
unum initiis calicis benedictione matheus vero et marcus
rectum servare ordinem. nam ad admittendam anticipationem
in luca potius quam recapitulationem in aliis duo possunt
considerari, 1. quia lucas aliqua videtur illius anticipa
tionis habuisse causam nempe ut protestationem de bibendo
de qua ibi contingeret cum protestatione de manducando de
qua immediate antea egerat ideoque post modum
iterabit quod dixerat recto iam ordine, scilicet domi
num postquam exaverat accepisse calicem et ver
ba consecrationis antea omnia recenset, 2°
eo ipso loco non servabit ordinem lucas in manifestatione
proditoris ut ergo sequenti dicam; quid ergo mirum quod tem
poris ordinem in benedictione calicis non servet. constet igitur
unum tantum calicem apud omnes evangelistas memorari
nempe illum quem consecrabit, qui magno dei beneficio
in ecclesia nostra metropolitana asservatur, veneratur, colitur

Obiicies 2. lucas cap. 22. v. 15 ait dixisse xpum apostolis. deside
rio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante
quam patiar. quae verba de cena agni intelligenda sunt
immediate antea subiungit xpus accepisse calicem
ergo loquitur ibi de calice in cena agni discipulis tradito
ante institutionem eucharistiae. Resp. multos asse
re eo loco per pascha non pascha agni sed pascha xpi
intelligi. Sed tamen probabilius est debere accipi pascha
agni, inde tamen non infertur calicem de quo statim de
bere esse calicem cenae agni. propterea enim illud
pascha xpus tantopere desideravit quia in eo magna
misteria discipulis erat traditurus inter haec autem
recenset lucas calicis illius communicationem ergo
inde intelligi calicem sanguinis domini

Obiic. 20. illa
verba quae sequuntur: donec bibam illud nobis in regno patris
mei non possunt intelligi nisi de celo in celo autem xpus
non erat bibiturus sanguinem suum neque vinum
quae metaphorice at vero vinum bibiturus erat metaphorice

ut patet Luce 22 c. 29. ergo non dixit hec verba Christus de calice consecrato sed de alio quo usus est in cena agni. Confirmatur quia calix sanguinis domini non recte dicitur generatio vitis cum ipso vino non sit sed sanguis Christi.

Pro per regnum dei vel intelligi celum, vel statum immortalitatis post resurrectionem. Si intelligitur celum, inneger bimus novum id est spiritantissimum significatur beatitudo quia non solum ut antea sed cum apostolis suis velut ut convivio opulentissimo fruitum erant iuxta dictum domini Mathei c. 22, et iuxta David Salmo 16. ubi satiabor cum apparuerit gloria tua. Si vero per regnum dei intelligitur status resurrectionis, per bibunt novum debet intelligi nova bibendi consecratio, et sanguinis quasi renovatio per resurrectionem quia per resurrectionem est renovatus sanguis sicut renovatum fuit Christi corpus non quod aliud esset corpus et aliud sanguis sed quod novo et immortali se abenet modo. Bibit autem Christus post resurrectionem cum discipulis sanguinem suum quia duobus sacramenta eucaristie illis prebuit, et cum eis accepit ut patet in illis qui in castellum Emaus proficiebantur. Luce 24. c. 30. Denique nil obstat quod Christi sanguis dicatur generatio vitis vel quia vinum erat antea vel quia species vini permanebant vel quia sicut dicitur vitis Ioannis 15. c. 2. ita metaphorice hic sanguis potest dici generatio vitis. Queritur an iudas interfuerit institutione eucaristie

CAPUT 7

An iudas interfuerit institutione eucaristie

Triplex est opinio 1a. ait iudas cum ceteris apostolis corpus et sanguinem domini in cena potuerat percepisse ita origines, Cirilus, Chrisostomus, Ieronimus, Augustinus et communiter patres et theologi quos citant et sequntur Iansenius c. 132 concordie, Maldonatus Mathei 26. c. 20, Perenus in c. 13. Ioannis disp. 20. etc., Sarq. tomo 3. in 3a. parte disp. 227 [illegible] Thalij. 2a. sententia censet iudas non percepisse in illa cena corpus et sanguinem domini cum ceteris apostolis, ita S. Tierens[?] Romanus, Sancti Petri Dionisius [illegible] lib. 5. constitutione apostolicorum c. 13. ubi dicitur Tiranes apostolis iuxta consequenter tradidit: cum misteria preciosi corporis et sanguinis sui nobis traderet absente iuda exit ad montem oliveti, idem tenent

S. Hilarii Canone 30. in Mathei Tatianus in armonia evangelica Rupertus in Marcum cap. 9. 6. Procerius 3. lib. de Misterio Misse cap. 23 Syrianus in locum citatus [illegible] Magister istoriae scolasticae cap. 152 in evangelio Baradas tomo 4. lib. cap. 3 et alii.

Teneo cum 2a sententia iudam non interfuisse institutioni eucaristie, neque inde xpi corpus et sanguinem cum ceteris apostolis non percepisse. Pr. 1 illos apostolos fecit xps participes corporis et sanguinis sui quos deinde fecit participes celestis glorie, at iudas participes glorie celestis non fecit ergo neque eucaristie. Maior ex Mattei 26. v. 29. ubi de sacro sanguinis sui loquens dominus ait: dico autem vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum cum illud bibam vobiscum novum in regno patris mei. quibus verbis promittit regnum dei id est beatitudinem sempiternam bonitatem immortalem, illis omnibus quibus calicem sui sanguinis propinabit cum iuda autem in regno patris sui xps non bibit: ergo neque in cena eucaristie.

Dices hec verba non debere intelligi de omnibus nullo excepto quibus calix consecratus in cena datus est nam ut illud vere dictum sit satis est quod alii iuda excepto secum bibituri essent. Contra, nam cum verba illa universaliter prolata sint de omnibus nullo excepto debent intelligi cum sed exagi eundem iudam sicuti clarum non sit intextum. hoc autem maxime in illa oratione locum habuit, quia ea verba protulit xps post indicatum proditorem iam [illegible] apostoli unus ex duodecim [illegible] damnandus ex verbo ipsius ipsius xpi Mattei 26. v. 24. quo de proditore dixerat. Ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur bonum erat ei si natus non fuisset homo ille ergo si presente iuda illa alia verba protulisset non dixisset se cum illis bibiturum in regno dei sed excepisset iudam sicut Ioannis 13. v. 10 dixit dominus cum lavaret discipulorum pedes: vos mundi estis sed non omnes et iterum v. 17. si hec scitis beati eritis si feceritis hec non de omnibus vobis dico quas exceptiones propter iudam presentem tum [illegible] bis stattim evangelista testatur; similiter ergo excepisset iudam a participatione regni celestis apud Mattei si ille tunc adesset.

Arg. 2. Judas exivit decenaculo ante institutionem Eucaristiae
ergo haec non accepit. Ans. Judas exivit decenaculo statim
atque buccellam intinctam accepit de manu domini
sed buccellam illam accepit ante Eucaristiae institutionem
ergo exivit decenaculo ante Eucaristiae institutionem. Maior
constat ex Joannis 13. ubi cum scribit Xpum buccellam intinctam
dedisse Judae v. 26. subdit statim v. 30. Cum ergo accepisset ille
buccellam exivit continuo hoc autem significat nullam
horam interpositam inter exire ut patet in ipsius Joan.
19. v. 34. continuo exivit sanguis et aqua, Matth. 21.
v. 19. arefacta est continuo ficulnea, Marci 1. v. 31. continuo
dimisit eam febris, Luca 8. v. 55. surrexit continuo; id est illico
statim nulla hora interposita, idque ea vox alibi non
raro significat.

In praesenti vero [illegible]
propterea dixit Joan. v. 27. Et post buccellam introibit
in eum Satanas qui verbo stimulabat eum ad perfi-
ciendam proditionem antea iam pactam, quam perficere
non poterat nisi exiret decenaculo. Voluit ergo docere Joan-
nes Judam impulsum a Satana statim exire ut pro-
ditionem compleret. Deinde propterea Xpus dixit
Judae simul atque illi buccellam dedit, quod facis faci
cius quia providerat dominus illum proditionis desiderio
adrectum a Satana, nec ergo discipuli dicerent repentinum
observarent ac mirarentur dixit illi quod facis fac cius
quo arbitrati sunt apostoli Judam a domino missum
vel ut emeret quae ad diem festum necessaria erant
vel ut eleemosinam pauperibus elargiretur. Denique
cum post buccellae porrectionem aliqua alia verba inter-
serat Joannes omnino sine causa dixisset postea Judam
post buccellam acceptam exivisse continuo nisi vellet
illud momentum temporis designare quod certe signi-
ficat illa particula cum ergo quae copulat exitum Judae
cum porrectione buccellae et illum confestim post buc-
cellam acceptam fuisse demonstrat.

Quod autem Xpus hanc
buccellam dederit Judae ante institutionem Eucaristiae patet nam
imprimis illa buccella non erat sacra Eucaristia. Nec quia
intincta erat ut innuit aitt at Xpus panem intinctum non con-
secrabat sed panem siccum ut [?] certum est non ergo buccella illa

eucaristia erat. Tum quoniam idaparte docent Iulius 1. papa in epistola ad episcopos per aegyptum et Veteres canone cui orte de consecratione distinctione 2a. ubi reprehendens aliquos qui intinctam eucaristiam populis pro complemento communionis porrigebant inter alia ait. Seorsum enim ab evangelistis, nam intinctum panem alijs a Christo praebitum se non legimus excepto illo discipulo quem intincta buccela magistri proditorem ostenderet non quae sacri huius institutione significaret. Idem decreti hisdem verbis stat in concilio bracarensi 3o Cap. 1. idem docent augustinus tract. 62 in Ioannem petrus damianus epistola 64. Beda et alij.

Deinde quod buccela illa intincta non fuerit inde tradita post institutam eucaristiam sed antea probatur. Tum quia data fuit in signum ad manifestationem proditoris at manifestatio proditoris precesit institutionem eucaristiae ut constat ex Mattei c. 26 et marci 14 v. 18. quod et buccelae porrectio neque enim credi potest apostolos qui semel dominum de proditore rogaverant ab inquisitione sua cessasse antequam certo, quisnam ille futurus esset cognoscerent. unde multo probabilius semper institisse ut Christus illum detegeret nec silentium quicquam aliud interim faciendi aut loquendi dederit Christo. Tum quia, si buccela intincta data fuisset post institutam eucaristiam cum illa ad communem cenam pertineret fieret Christum et apostolos post sacri perceptionem ad alias epulas redisse, hoc autem creditu difficile est 2. quia cum panis et vinum consecratum insignum pacis et convivij praedicum et postrema cena inter discipulos distribuendum esset ita in extrema cenae parte distribui debuit ut Christus et apostoli postea ad epulas alias non redirent 2o. quia lucas cap. 22. v. 20. et Paulus 1 corinthiorum 11. v. 25. aperte aiunt Christum calicem sanguinis sui non nisi posquam cenavit distribuisse discipulis, id est postquam cenaverat seu cenam compleverat ideoque et buccelam illam porexerat cum eucaristiam instituit. Probatur 3o credibile autem est Christum etiam quinam sunt hominum celeberrimo et publico peccatori tradere voluisse hoc enim nobis facere prohibet, in das autem publicus peccator erat nam cum Christum

Mathei 26. dicitur [illegible] discumbentium se esse tradendum, et Judas v. 25. interrogavit numquid ego sum rabbi? [illegible] interrogationi respondit [illegible] [illegible] quaeque intincta [illegible] data signum manifestum fuit quod illum proditorem declaravit ut ex [illegible] [illegible] [illegible] saltem manifestum erat quod Judas erat proditor ut patet ~~Judas~~ Joannis 13. v. 26.

Confr. dominus bis saltem indicabit in cena esse inter discipulos aliquem reprobum. Joannis 13. v. 10. et 18. sine dubio ergo credebant apostoli unum in mensa proditorem [illegible] qui reprobus esse. Unde nequaquam ei Eucaristiam praebuit [illegible] [illegible] apostoli tantum sacrum [illegible] tradi [illegible] autem credibile [illegible] quod tanto [illegible] possit aliquam afferre [illegible], maxime cum facile posset Judam absque ulla scandali nota apostolica pastione illorum [illegible] [illegible] [illegible]: ergo probabilius est ita fecisse, neque improbo proditori Eucaristiam praebuisse.

Obiicies 10. Matei cap. 26. v. 20. ait discumbebat cum duodecim discipulis suis: ergo etiam cum Juda qui unus erat ex duodecim ut etiam [illegible] Matei v. 21. declarat. Continuo autem subnectit institutionem Eucaristiae, ergo ille [illegible] fuit Judas cum aliis discipulis. Confirmatur nam posquam Marcus cap. 14. v. 17. [illegible] duodecim apostolos cum [illegible] cenasse recensens statim Eucaristiae institutionem de calice dixit et biberunt ex illo omnes [illegible] duodecim apostolis qui ad cenam [illegible] unde in Eucaristia [illegible] corporis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] datum non [illegible]: non ergo dubitat [illegible] datum quoque ~~[illegible]~~ [illegible]

[illegible] in cena quidem [illegible] in cena [illegible] Judam [illegible] et illum proditorem declarabit dominus [illegible] quoque [illegible] pedum [illegible] [illegible] quae ad [illegible] cena pertinebat exibit continuo ante Eucaristiam [illegible] ex Joanne [illegible]. Ad confr. [illegible] illa verba: biberunt ex illo omnes non [illegible] duodecim apostolis sed de illis qui aderant. Aderant autem [illegible] Judas [illegible] exierat [illegible] [illegible] [illegible] Marcus dicit quod biberunt omnes [illegible] [illegible] quia aderant. Judas vero non bibit quia non aderat ut ex Joanne [illegible]. Nec obstant illa verba [illegible] [illegible] [illegible] per verba duodecim intelligit apostolatus

quia ille unus erat apostolis destinatus ut patet act. c. 1. v. 25. et clarius Joannis 20. cap. 24: Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis. Dicitur Thomas unus ex 12. id est unus ex apostolis non apostoli tunc tantum erant 11. similiter 1. Corinthios cap. 15. v. 5: visus est Cephae et post hoc 11. ingressu, et post hoc duodecim id est omnibus apostolis qui tunc erant ut iam observabit S. Augustinus lib. 3 de consensu evangelistarum cap. 25. Adde illum immediate corporis ore accepta dona qui contrariam tuetur opinionem.

Obiicies 2°. Lucas 22.
20. de institutione Eucaristiae loquens ait, similiter calicem postquam cenavit dicens: hic est calix novum testamentum in sanguine meo qui pro vobis fundetur verum tamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa quae ultima verba declarant proditorem Iudam etiam adfuisse post consecrationem calicis ergo Eucaristiam percepit. Respondeo ea verba quae refert Lucas de manifestatione proditoris ante Eucaristiae institutionem dixit Dominus ut constat ex Matei 26. v. 21. et Marci 14 v. 18. unde dicendum est per recapitulationem una Lucam narrando post calicis consecrationem quod ante illam factum fuit. Sene ordinem rerum gestarum eo loco non servat Lucas ut alibi ad notavi, etenim patet de contentione discipulorum quam licet copulet cum inquisitione conditionis, verba tamen videtur post inde dicenda fuisse ut patet v. 29. illis verbis: ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo et consedeatis super thronos &c. quae verba inde simili modo continuit.

Obicies 3. Iesus post institutionem Eucaristiae apostolos ordinavit sacerdotes illis verbis hoc facite in meam commemorationem ut docet Tridentinus s. 22 cap. 1. Iudas autem sacerdos erat imo verus episcopus unde de eo intelligit Sanctus Petrus act. 1. v. 20. locum illum psalmo 108. et episcopatum eius accipiat alter: ergo interfuit institutioni Eucaristiae. Respondeo in loco psalmi citato in hebreo esse praefecturam eius, ideoque Sanctus Petrus per episcopatum apostolatum intelligi, illis ergo verbis non declaratur Iudam fuisse sacerdotem et episcopum. Sed esse debuisse si innocentia sicut et alii perseverasset cum ad haec apostolatus pars non dum erat ei a Christo donata ut Iudas dicitur. Sane

Christus apostolos constituit sacerdotes in nocte cene non acceptis ipsos non nisi post resurrectionem cum illis dominus dixit Ioannis 20. v. 22; et ego mitto vos ut docet Cardinalis Belarminus de sacro confirmationis cap. 12. nolo quo modo deinde dici debet hec sponte pie expressum fuisse

Obiicies 4. Christus lavit pedes Iude ut colligitur Ioannis 13 v. 20. quo idem dedit Eucharistiam quem mox instituta est ad illam recipiendam locutio illa pedes dirigebatur. Resp. negans consequentiam licet enim laverit lotio ad Eucharistiam conveniente [illegible] facere institutionem non spectabit Iudas ut ex hodie Ioanne patet quod post buccellam intinctam instigante Satana egressus foras ut proditionem consumaret. Denique nobis opponi potest auctoritas Eugenii Pape in [illegible] sacerdos de [illegible] ordinarie ubi probat ex facto Christi neminem ab hoc sacro repellendum nisi notorius peccator sit quia vero Iudas [illegible] reprehenderat verum dum [illegible] actione ut pontifex definiendo quod ut Doctor privatus loquitur, ut non solus [illegible] notabit [illegible] [illegible] disp. de istoria et concordia passionis domini.

De istoria et concordia D.P.T. V 4. passionis domini

Licet ea que ad Christi vendicionem a proprio discipulo spectant ultimum pascha superiori disp. exponimus [illegible] dic precesserint tamen ut istoriam passionis Christi uno filo contexamus ab eamus [illegible] novissime ea que ad Christi vendicionem pertinent ac predictare disputatione, ut deinceps ordine de [illegible] ad alia dominice passionis misteria deveniamus [illegible] de Christo vendito a Iuda Matei 26. v. 14 Marci 14 v. 10. Luce 22 v.

CAPVT. 1

De Christo vendito a Iuda. Matei 26. v. 14 Marci 14 v. 10.

Queritur 1o. cur Iudas proditor dictus fuerit Iscariotes et de qua tribu fuerit. S. Heronimus in caput 10 Matei [illegible] dici [illegible] quia erat de tribu Issachar [illegible] Beda et Iansenius. Sanctus Cirilus alexandrinus in caput 26. [illegible] ait fuisse Iudam de tribu Ephraim. [illegible] probabilior videtur sententia eorum qui dixerunt Iudam fuisse natum in tribu Iuda dictum que Iscariotem a patria sua [illegible] que erat in tribu Iuda. Ita Baronius, Lorinus, Maldonatus, Franciscus Lucas

